PETRI CALEFATI

DE PLVMBINO PISANI ET CIVIS FLORENTINI IVRISCONSVLTI EQVITIS CAESAREI

et Comitis Consistoriani in gymnasio Pisano, in primo loco, Iuris ciuilis interpretis matutini, enarrationes in rub. & l. i. ff. de offi. eius.

LVCAE

Apud Vincentium Busdragum

M D L V I.

COSMO MED.
ILLVSTRISS. AC
EXCELLENTISS.
FLORENTIAE
DVCI II.

PETRVS CALEFATVS FOELICITATEM.

CVM instaurati Pisani gymnasii decimus tertius uoluatur annus, nonus quo in eo ius ciuile mane profiteor, prius .n. adesse non potui, nullusque ex iuris professoribus quicquam in lucem ædiderit, præter unum, in titulum institutionum Iustiniani, de bonorum possessionibus, mecum id tacitè miratus, quippè ex aliis Italiæ Academiis multa proferuntur; cum hoc anno primum locum ætas & ad lauream promotio, in ea facultate mihi tribuerit; meum esse duxi aliquid ex vigiliis nostris in publicum proferre: & cum Satyrico dicere, Semper ego auditor tantum? nunquam nè reponam? Tradidi igitur excudendas enarrationes nostras in rubricam, & l. primam de officio eius cui mandata est iurisdictio: & in l. Diem functo, de officio assessoris, propediem reliquas anni partes, & Responsorum tomum emissurus. Nomini tuo hæc dicaui, quia nihil magis conuenit Principi quam leges, quibus ipsi Cæsares digna voce maiestate regnantis, profitentur se alligatos, & re vera maius imperio esse submittere legibus principatum. Ad hæc, delegationis, iurisdictionisque tractatus do

ctrinam, questionesque continet Principe dignas. Si sanam, nec inordinatam, confusamque vel superfluam, nec obtusi ingenii, modicique iudicii in scriptis nostris doctrinam inuenies orationis delegantiam atque nitorem, ceteraque id genus, condonabis. Iurisconsultum enim profiteor, non rhetorem. Non imploro tutelam aduersus rectos iudices, sed contra inuidos ac detractores. quibus obiicio illud Cæsareum, omnium habere memoriam, & in nullo pœnitus errare diuinitatis potiusquam humanitatis est. Vale ex Academia tua Pisana Kalen. Maii anni M D L V I.

GASPAR GALBIATVS PONTREMVLENSIS

LEGALIS SCIENTIAE STVDIOSIS

S. D.

EA est iuris ciuilis scientia iuuenes ornatissimi, vt inter alias omnes hæc vna magis humano generi necessaria esse videatur. nam, tametsi aliæ haud paruam hominibus vtilitatem pariant, vt quæ animum informent ad rectè, beateque viuendum, hæc tamen hac in re cæteris tanto magis præstat, quanto magis illæ reliquis facultatibus antecellunt. quod ex eo facile cerni potest, q̄ nullus penè toto terrarum orbe sit angulus, qui non iuris ciuilis prudentia, atque moderatione gubernetur. quo fit, vt non parum nos debere profiteamur his, quorum studio, ac labore aliquam iuris ciuilis studiosi commoditatem percipiant. quæ res et ipsum legum parentem, ac principem Iustinianum ita posteritati commendauit, ut se totum ad immortalitatem, ac memoriam consecrauerit. is enim indigestam ante, atque confusam, ita nobis perfecte absolutam iuris ciuilis scientiam reliquit, vt merito plus ipsi, quam nostris pene parentibus debeamus. quàm vero & his obstricti simus, qui post Iustiniani tēpora ab eo traditas sacratissimas leges explicuerint, id uel ex hoc faciā le datur intelligi, q̄ nullus locus est, quò Romani oominis imperium prupagetur, ìo quo oon res omnis eorum consilio, autoritate, ac sententia terminetur. hac uero tempestate nostra quantum legalis scientiæ professoribus tribuatur id omnibus palam est, cum & ab ipsis Regibus, ac principibus ad summa honorum, ac dignitatum fastigia euehantur, quod equidem nulla alia ratione factum est, nisi, q̄ eorum vsus in omnibus ciuitatibus tam frequens est, ac necessarius, ut neminem habeant præter has, quem maximis negotiis conficiendis, litibus dirimendis, prouinciis gubernandisque præponant. quos usque adeo coluot atque obseruant, ut publicis etiam gymnasiis institutis eò iurisconsultissimos uiros maximis stipendiis, maximisque hunoribus propositis vel ex longinquis regionibus euocent. Inter quos, cum in hac Florentissima Pisanorum Academia Petrus Calefatius eques clarissimus, ac ætatis suæ iurisconsultorum facile princeps publicè per multos annos iuris ciuilis scientiam sit professus; statuit tandem iuuenes studiosissimi in vestram omnium gratiam luculentissimas quasdam enarrationes in Rubricam, ac legem primam ex. ff. de officio eios, cui mandata est iuris dictio, nec non legem Diem functo. ff. de officio assessorū, summis cum vigiliis, summoque labore confectas prælo committere, vt ex his totam penè iurisdictionū materiam, itemque omnem delegandi potèstatem, nec oon præsidum, assessorumque prærogatiuā, atque etiam dignitatem teneatis. quod quidem ea industria, ac diligentia ab eo factum est. vt nihil sit, quod nō diluoidum, quod non purgatum, quod non luce meridiana clarius inueniatis. in rebus autem explicandis ita breuis, ut nullam tamen uberiorem sermonis copiam quisquam expostulet. ita in aliorum opinio aibus approbandis, aut refellendis iustus iudex, vt nihil tandem prætermissum sit, quod & ab accuratissimo, ac reconditæ doctrinæ uiro desiderari possit. Igitur studiosi iuuenes, quandoquidem hoc in vestram omnium gratiam factum est: quandoquidem is vllis neque vigiliis, neque laboribus vnquam parcere decreuit, dummodo vestræ vtilitati, vestrisque commodis inseruiret. Suscipite læta (vt par est) fronte hoc profecto Regium vobis quidem oblatum muous: & operi totis viribus, totisque neruis inuigilate. id. n. vobis polliceor vos, neque adeo copiose, atque dilucide, neque adeo vere hæc quæ ab aliis tradita sunt inuenturos. Indiesque magis vos ita profecturos, vt suscæpti laboris vestri minime unquam penituerit. Interim is, qui nullam in aliam curam in cumbit, nisi, vt quæ ad excolenda ingenia vestra quam plurimum pertinere intelligit, uobis suppeditentur, si hæc qualiacunque sint vobis per grata fuisse animaduerterit, propediem maiora quidem vobis, ac grauiora se daturum pollicetur. Valete. ex Florentissima Pisanorum Academia. Kalen. Maii anni M D L V I.

Ex rub.ff.de officio eius

Opinio ultimo loco relata q. censeatur approbata quando procedat nu. 1. 2.

Argumentum a contrario sensu etiam ex oratione negatiua colligitur remissiue nu. 3.

L. 1. huius ti. secundum cõm. intellec. loquitur de ordinaria iurisdictione. nu. 4.

Officium quomodo accipiatur in hac rub. nu. 5.

Quare inscripta fuerit haec rub. de offi. eius etc. & non de offi. deleg. nu. 6. 43.

Iudex delegatus potest in dubio cognoscere de ualiditate rescripti. nu. 7.

Quare tit. noster non fuit positus post tit. de iur. omn. iudi. nu. 8.

Quare tit. noster inscriptus fuit per hunc solum terminum officio, & non etiam & potestate, prout in corpore iuris can. nu. 9.

Papa non cõmittit causas nisi existentibus in dignitate ecclesiastica; uel canonicis. nu. 10.

Canonicus non est dignitas nu. 11.

Priores & guardiani fratrum mendicantium sunt in dignitate ecclesiastica, et possunt esse delegati Papae. 12.

Vicarius generalis Episcopi potest esse delegatus apostolicus, non uicarius foraneus. nu. 13.

Prior cõuentualis potest esse delegatus apostolicus, nõ prior conuentualis. ibidem. §. Aliam insti. de bonor. poss. non probat digniora praeponenda esse. nu. 14.

Delegatus principis an sit maior & dignior quolibet ordinario. nu. 15.

Ordinatus a Papa dignior est ordinato ab ordinario. nume. 16.

Valet argumentum ex ordine titulorum. nu. 17.

Appellatur a delegato ad delegantem, & quid in delegato principis? nu. 18.

Vicarius praefecti praetorio de quo in ti. de off. uica. C. est iudex ordinarius. nu. 19.

Appellatur ad principem a sententia delegati principis & ordinarii simul iudicantium. nu. 20.

Princeps creat magistratus. nu. 21.

Mandatum iurisdictionis facilius soluitur quã alia mandata. nu. 22.

Potentius est quod quis habet iure proprio quã quod alieno. nume. 23.

Iudex illustris potest per aliũ sententiam ferre. nu. 24.

Iudex ordinarius potest causam delegare sententia sibi reseruata: non delegatus principis. nu. 25.

Iudex ordi. lata sententia nulla, potest iterum iudicare durante instantia: non delegatus. Et quid in delegato principis? remissiuè. nu. 26.

Appellatio interponitur de minore ad maiorẽ. nu. 27.

Delegatus principis non est dignior maiorué ordinario absoluté. nu. 28. 32.

Diuersis respectibus potest quis dici superior, & inferior. nu. 29.

Legatus siue Orator non debet honorari sicut eius principalis. nume. 30.

Plurium ordinariorum insolidum, singuli habent potestatem, cum declaratione tamen. nu. 32.

Pluribus delegatis non competit iurisdictio insolidum. limitatur. nu. 33.

Maiorem digniorem q́; esse ordinarium in sua iurisdictione ordinaria non impedita, data paritate terminorum, quã delegatus principis in sua iurisd. delegata. nume. 34.

Habens mandatum generale etiam iurisdictionale, potest ex causa impedire habentem speciale mandatũ. nu. 35

Delegatio principis uidetur secum afferre dignitatem clarissimam. nu. 36.

Maior ergo dignior: non ualet consequentia. nu. 37.

Vox in comparatiuum sonans, ponitur quandoq; electiue. nu. 38.

Officium quot modis capiatur. nu. 39.

Delegatus Papae an & quando ueniat appellatione officialis Papae? nu. 40.

Potestas Pistorii an ueniat appellatione officialis communis Florentiae. nu. 41.

Ciuitas Pisana deficientibus propriis statutis, utitur iure cõmuni rom. non statutis Florentinis nu. 42.

Delegatus iudex qui dicatur? nu. 44.

Differentia inter delegatum: Vicemgerentem: & Vicarium. nu. 45.

Vicemgerens habet ordinariam iurisdictionem. nu. 46.

Vicarius Episcopi: & Vicarius Praefecti praetorio habent ordinariam. nu. 47.

Differentia inter Vicarium, & delegatum ad uniuersitatem causarum. nu. 48.

Delegatus ad uniuersitatem causarum hodie constitui non potest de iure ci. citra casum absentiae. nu. 49.

Legatus proconsulis, erat delegatus. nu. 50.

Differentia inter Vicerectorem constitutum à Rectore, & constitutum ab uniuersitate scholarium remissiue. nu. 51.

An sit differentia inter mandare iurisdictionem & dare iudicem? plené discutitur, & defenditur cõmunis opi. q. non sit differentia. nu. 52. usq; ad 60.

Vsuarius usuarium constituere non potest. nu. 53.

Exceptionem esse de regula secundum quid, sufficere. nume. 54.

Intellectus l. i. ff. quis & a quo. nu. 55.

Intellectus c. Cum Bertoldus de re iudi. nu. 56.

Delegatus particularis ab ordinario potest delegare unum articulum non iurisdictionalem. nu. 57.

An sit differentia inter ius can. et ius ci. in appellatione interponenda a subdelegato delegati principis? n. 58

Differentia inter ordinarium et delegatum quo ad facultatem reuocandi delegationem. nu. 59.

Mandare iurisdictionem; iste terminus uerificatur siue mandetur generaliter siue particulariter; nec differt a delegare. nu. 60.

Rubrica de officio eius

REuoluto quadriennali lectionū circulo, de more huius almi Gymnaſii Piſani, cæterorumq; Italiæ, ad tractatum iuriſdictionum, qui primum, inter ordinaria lectionum curricula, locum ſibi uendicauit, ſecundo redeuntes, preſari, prout alias, libet: ut intelligatis quantum ſtudii, diligentiæ, uigiliarum, adhibendum ſit.

Huius tituli materiam & iuuenibus & prouectis extraneam, dicebat Fulg. in.l.i.in prin.ſ.titul.2.& idem in.l.2.C.de peda.iudi.iuuenem mirari non debere ſi hanc non intelligat materiam peregrinam & ualde profundam, in qua (uerbis eius utor) nunquam clarum habuit intellectū niſi a uoce magiſtra: cum in ceteris, camerario Studio aliquid intelligeret. Dec. hic exorditur materiam iſtam intricatam eſſe atque difficilem, & ideo diligenter inſiſtendum.

Alcia. paradox. libr.2.cap.i.in fin. Lerneam hydram hunc delegationis tractatum appellat, quod & tot exurgat ceruicibus ut una auulſa, altera non deficiat. Claud. Cantiunc. in prohemio ſecundi libr. tractatus ſui de offi. iudi. uix alium articulum, inquit, & a iuris authoribus æque breuibus reſponſis exhibitum, & a doctoribus noſtris per ſummam diligentiam infœlicius explicatum. Salomonium & Alciatum excipit. Sed an integro in hoc fuerit uſus iudicio perpendetis uos in proceſſu lectionum.

Ipſe, implorato Sanctiſsimæ Trinitatis præſidio, ſtudendo breuitati, ueſtræq; utilitati, ſuperfluis & inutilibus reſecatis, uerba & mentem legum latorum, deinde glo.& Bart. ac poſtremo aliorum doctorum, pro uiribus declarabo: & accurate diſcuſſa articulorum ueritate, communes & ueriores demonſtrabo ſententias: & ubi res exiget, exempla ad declarationem ſubiiciam: theoricam ad practicā deducam: & antiquos illos magiſtratus, ueteresq; dignitates, quantum, iuncto ſtudio uſui ac experientiæ, fieri per me poterit, repreſentabo modernis. Nitar etiam, Herculis, immo Dei optimi maximi auxilio, hydram hanc igne ueritatis extinguere: & materiam ipſam tam diligenter ac dilucide explicate, ut cuiq; ſtudioſo fiat intelligibilis. Attentas igitur ac benignas prebete aures.

Rubrica noſtra inſcripta eſt de offi. eius cui man. eſt iuriſdic. Recentiores prius inſtant ſuper uerbis rub. Dec. prius expedit continuationem unà cū glo.& hunc ordinem ſequar ab Azo. & aliis probatis authoribus ſeruari ſolitum. Duplex ponitur continuatio in glo. prima, quam ipſa tenet: ſecunda aliorum, ſecunda ibi, alii ſic.

Prima: dictum eſt ſupra de officio ordinarii: nunc de officio delegati: licet & de ordinario aliquæ ll. huius tituli loquantur. Hæc approbatur communiter. eam etenim poſuit Azo hic in ſumma: & ſequūtur Bar. Fulg. Pau. Rimin. Iaſ. Deci.& Bal. ſimpliciter tranſit cum ea, Alberi, etiam dum

1 ait, continua prout in glos. nam hæc prima est continuatio glos.& per gl. approbata non obstante eo quod dicitur opinionem ultimo loco relatã censeri approbatam per glo.in.l.qui filium §.Sabinus.ff.ad trebelli.quæ recte intuenti non probat: tam & si dictum in se uerum sit per.l.pacta nouissima cum ibi traditis.C.de pac. sed non procedit quando gl.uel doc.
2 ponit aliquam opi.pro constanti, postea subiicit aliorum opin. inquiens alii dicunt,alii sic:prout hic & in rubr.ĩ.si cer.pet.ubi scripsi. & declarat Deci. in.c.i.in pri. lec. col. fi. circ. fi. de consti.Cy. etiam hanc primam tenet si considerentur eius uerba in rubr.ĩ.tit.secundo in fi.

Non est igitur uerum utramque continuationem comuniter teneri, ut dicit Alexan.

Expediam secundam continuationem cum secunda parte gl.postea subiiciam quæ contra primam adducuntur.

Secunda continuatio talis est: & sum in secunda parte glo. Dictum est de iurisditione ord. quæ est in cognoscendo,nunc de ea quæ est in delegando: scilicet, quis deleget: cui delegetur: quæ causæ delegari possint: qualiter officiũ suum explicet delegatus.De primo in.l.fi.in prin.ĩ. eo.a contrario sensu. Nec ob.ꝙ illa.l.utatur oratione negatiua, & sic non posset summi argumẽtum a contrario sensu secundum Bald. in.l.2.
3 C.de condi.inser.quia non recte loquitur: & efficaciter impugnatur a Dec. in.l.1.nu.54.ĩ.eod.ubi scripsi. Istud primum aperte probatur in.l. more.ĩ.ti.secundo. De secundo aiebant nihil dici in hoc tit. Sed male: quia de eo dicitur in.l.et si pretor, ut aduertit Pau.ca.& in.l.fi.ĩ.eo.ut aduertit Alex.nu.3. De tertio habetur in.l.i.ĩ.eod.ibi,quæ uero iure magistratus etc. De quarto haberi dicunt in.l.i.in fi.& in.l.fi.in fi.ĩ.eod.quod admitti potest quia illi text. uolunt delegatum uti posse modica cohertione: sicq officium suum explicare, licet Bart.de tribus tantum loquatur remissiue.

Predictam secundam continuationem nititur Alexan.defendere: Sed Deci.impugnat, & recte. Præterea hic non agitur de continuatione materiæ, sed rubr.quæ de offi.delegati loquitur. Et ideo non potest sustineri secunda continuatio, sed prima; quam sequendo Pau.ca.non impugnat glo.ut male prosupponunt Alexan.& quidam alii.nam, ut supra demonstraui,glo.tenet primam. Nec ob.ꝙ tit. noster pro maiori parte loqui uideatur de officio ordinarii in delegando secundum quosdam recentiores: negatur.n.assumptum: & uerba rubr.sonant aperte de officio ipsius delegati.

Quidam, tertiam quodammodo afferentes continuationem,dicebant hic tractari de ordinariis delegatis a lege,& de delegatis ab homine. Sed doc. cõmuniter intelligunt esse ordinariam non delegatam iurisdictionẽ eam de qua loquitur.l.i.huius tit.in uers.& ideo uidentur errare. Pre-
4 terea licet aliqua.l.huius tit.prout.l. etsi pretor,loquatur de ordinario delegato ab homine,nihil facit: quia loquitur de eo tanquam de delegato: demõstrans ꝙ licet possit causa delegari etiam ordinario, tamen in causa delegata non agit ordinarius pro suo

suo imperio. reiciuntur ergo aliæ cõtinuationes retenta prima recepta cõmuniter.

Contra eam tamen plura facere uidentur. Primo quia secundum Bar. in.l.i.sub nu.9.uer. secundo modo.ſ. tit.secundo quando consideratur officium prout coheret personæ,& pro totali administratione, officium dicitur exercitium iurisdictionis per.l.
5 iiii.§.in eum.ſ.de admi.re. ad ci.pertin.& sic uidetur accipi in rubr.nostra, ut presuponit Curt. iun. hic nu.1.& affirmat nu.33. Sed ll.huius tit.non loquuntur de exercitio delegati ergo nec bona uidetur continuatio, nec bona inscriptio rubr.cum ll. debeant subdi cõgruis titulis §.quibus in prima constit.C.Istud tendit potius contra inscriptionem. Nec uidetur sufficiens resolutio Cur.iun. nu.1.q̃ si mandentur causæ indelegabiles, officium delegati sit abstinere: si uero mandentur causæ delegabiles debebit delegatus procedere iuxta formam in hoc tit. traditam. nam in primo membro non potest dici delegatus si non ualet delegatio. per.l. iiii §. Condemnatum .ff.de re iudi. cum ibi no.per doc.& abstinere est oppositum exercitio. In secundo membro uidetur deceptio: quia ll. huius titul. non tradunt formam procedendi, sed demonstrant, quæ causæ delegari possint; cui: & a quo.

Potest dici pro uera solutione Bar. non dicere q̃ in hoc tit. officium accipiatur pro exercitio quia termini huius ti. cõprehenduntur sub primo eius membro. Et late patet istud uerbum officium ut .ſ. suo loco explicabo,& uidemus q̃ in seq.tit.de offic. asses.non accipitur pro exercitio iurisdictionis, cum assessor nullam habeat iurisdictionem doc.in.l.i.illius titul.Spec.in titul.de assessore.§.offi
6 cium. Et non sine misterio fuit in scripta rubr.de offic.eius cui man.est iurisd.& non de offi.dele.quia denotatur hoc loco, factum, nõ ius,prout in simili in.l.tutelas in princ.& ibi Bart.ff.de capi.diminu. Et sic officiũ idest id quod pertinet ad eũ cui mandata est iurisdictio,est inspicere an iure mandata sit, & tunc procedere secundum ordi. iuris: aut iure prohibente, & tunc partes eius sunt abstinere & se nõ intromittere iuxta.c.super literis de rescrip. cum ibi not.& præsertim per Ab.in pe.no.nu.3.dicentem,quod iudex etiam delegatus potest cognoscere in dubio de ua-
7 liditate rescripti. & ideo si opponitur exceptio surreptionis, delegatus debet esse iudex istius incidentis.

Secundo contra d.cõmunem continuationem facere uidetur: quia si officium sumitur hic pro exercitio iurisdictionis delegatæ, & sic pro actu, & iurisdictio importat habitũ & po-
8 tentiam secundum Bar.in.d.l.i.ſ.eo. sub nu.9.& doc.debuisset titu.noster post poni titulo de iur. om. iud. qui, secundum doc. communiter tractat etiam de iurisdictione delegati, nec alium habemus titulum de ea tractãtem principaliter,nam in ti. supra de offi. proconf. & lega.accessorie,& ne materia diuidatur, agitur de officio legati proconsulis. & prius est habitus quam actus. Et quamuis rubricarum situatio sit arbitraria,& diuersimode fiat diuersis respectibus, ut per glo.& doc.in rub.C.de bon. pos.

contratab. tamen aliqua ratio debet aſsignari, quod hic fieri poſſe non ui detur.

Dici poteſt, ut in precedenti argu mento, ꝙ hic officium non accipia tur ſtricte' pro exercitio.& cum in ti tulis precedentibus ſpecialibus fue rit de iuriſdictione ordinariorum ſe parate' tractatum, condecens uideba tur ſpeciali titulo tractare de officio delegati: & ultimo loco ſubiicere ti tulum comm.de iur. om. iudi.ſicut alibi titulum cōmu.prædio.ĩ.cōmu. de lega.& ſi.

Tertio opponitur de imperfectio ne rubricæ noſtræ: quia de officio tā
9 tum loquitur, non etiam de poteſta te: & cōpilatores decretalium, Sex ti, & Clementinæ inſcripſerunt de offi.& poteſtate.

Dec.in rubr.extra eo.nu.5.dicebat. Primo ꝙ officium & poteſtas pro eo dem accipiatur per, c.2.de bigam.ibi, ꝙ ordinatores eorum, poteſtate & of ficio ordinandi etc. Sed non uidetur probare intentionem Decii. Et non ſine miſterio uidetur in compilatio ne iuris can.facta inſcriptio de offic. & pote.delega.cum in titulis præce dentibus tractantibus de ordinariis, facta fuerit inſcriptio, ſolum, de offi cio.

Secundo, ex Bal.ibi, omiſſis dictis Ab.In decretalibus ideo' ſic facta in ſcriptio, quia officium reſpicit actū & exercitium, poteſtas uero' habitū & potentiam. Addebam non obſtare præpoſterationem, per.l. Nec enim ordo.ff.de ſolu.& quia principaliter de exercitio tractandum erat. Sed in ſtari poſſet hoc confirmare argumen tum imperfectionis inſcriptionis ru br.noſtræ. Dicebam ꝙ in compilatio ne decretal. nullus alius eſt titul.qui tractet de poteſtate delegati, ſed in compilatione digeſtorum, ſic: titulus ſcilicet de iur.om.iudi. Nec quicquā facit ꝙ in decretali habeamus titulū de foro compe. quia diuerſum quid continet.& in.C.etiam habemus ti tulum de iur.om.iudi.& de for. com pe. Caue quia etiam in decreta poſt ponitur titulus generalis de offi.iud.

Tertio poſſet reſponderi ꝙ in de creta.fuerit facta inſcriptio etiam de poteſtate, quia ibi agitur de delegato papæ qui multifariam ſolet habere poteſtatem: ſcilicet procedendi ſum marie: uel ſine ſtrepitu & figura iudi cii: uel ſola facti ueritate inſpecta, diſ iunctim uel coniunctim: uel etiam appellatione remota. item maxime' quia poteſt ex delegatione principis exercere merum imperium, ut.ĩ.ſuo loco explicabitur quinimmo de iure can. etiā ordinaris delegat regulari ter cauſas meri imperii ut in.l.1.ĩ.eo. in ſecundo no.tradit Deci. quod etiā poteſtas appellatur.l. Imperium.ĩ. rit.ſecūdo. Sed in delegato ab ordina rio de quo tractat titul. noſter, non cadit regulariter poteſtas: & eius fa cultas ſemper eſt uniformis: cum or dinarius nō poſsit in delegatione al terare ordinem iuris, licet poſsit dele gare unum articulum tantum.c.ſu per queſtionū §.porro' de officio dele ga.uel unam cauſam, uel uniuerſita tem cauſarum de iure digeſtorum.l. ſolet.ĩ.tit.2.et cauſas meri &mixti im perii ex cauſa abſentiæ, uel alia ſimi li.l.1.& ibi doc.ĩ.tit.noſtro: & cauſas meri & mixti imperii duorū ultimo rum graduum, iuxta doctri.Bar.cō muniter approbatam in.l.imperium in quarta, & quinta col.ĩ.tit.ſecūdo.

Nec ob. ꝙ uerbum poteſtas capiatur ſecundum ſubiectam materiam.l.poreſtatis uerbo.ff.de uerb.ſig. quia in hac materia pro imperio ponitur, ut illemet text.probat, ibi, in perſona magiſtratuũ,imperium: & idem probat.l.Nec magiſtratibus.ſ.de iniur. ibi qui ſine imperio aut poteſtate ſũt ponitur enim ibi aut pro ideſt. Sic in.l.cum qui.ſ.tit.2.ibi magiſtratus autem, uel is qui in poteſtate aliqua ſit.ponitur uel,pro etiam.

Quarto poſſet opponi ꝙ breuior debuiſſet fieri inſcriptio rub.per.l.i.ſ.quod me.ca.cui reſpondendum eſt ut.ſ.in.4.queſito circa uerba rubr.

Non eſt omittendum, id quod ſupra habuimus circa ſecnndum queſitum glo.priuato ſcilicet poſſe cauſas delegari per.l.fin.in ſecunda par-
10 te.ſ.eo.non procedere ſecundũ Alexand.hic ſub nu.3.de iure cano.quia Papa uel eius legatus non committunt cauſas priuatis,ſed exiſtentibus in dignitate per.c.ſtatutum,de reſcri.lib.6.& intelligitur de dignitate cum iuriſdictione ſecundum glo.in.c.i.in gl.ptima de conſue.lib.6.Aduertendnm ꝙ Alex.uidetur loqui contra d.c.ſtatutum,ibi,dignitate preditis,aur perſonatum obtinentibus ſeu eccleſiarum cathedralium canonicis. qui tex.probat ꝙ canonicatus etiam cathedralis eccleſiæ nõ ſit dignitas,ibi-
11 que no.Domini.& Anto. Franc. hic in apoſtil.ad Alexã.tradit Fely.in.c.paſtoralis,col.4.nu.12.de offi. deleg. licet Gomeſi.in.d.c.ſtatutum in quarto no.nu.20.cum ſeq.contrarium uelit,non bene' ponderando illum tex. Præterea' ſi canonicatus eſſet dignitas,non tamen eſſet dignitas habens iuriſdictionem. Addebam ꝙ prio-
12 res, guardiani, & miniſtri fratrum mendicantium dicuntur in dignitate & poſſunt eſſe iudices apoſtolici delegati,ut tradit Iaſ.hic numer.9.& 10. Curt.iun.nu.31.Fely.in.c.Cum olim in princ.poſt Ab.de ma.& obe. ſecus in prioribus clauſtralibus clem. Et ſi
13 principalis, de reſcrip. ubi Vicarius generalis Epiſcopi,non autem foraneus:item prior conuentualis, non clauſtralis poſſunt eſſe delegati apoſtolici. Et ibi glo.in uer.conuentuales,& in uer.clauſtrali declarat priorem clauſtralem dici eum qui in monaſterio primum locum obtinet poſt abbatem.c.Cum ad monaſteriũ uerſic. Prior autem de Sta.mona. uicarium hodie' appellant.

Ex ſupradicta prima continuatione gl. comuniter approbata, colligit Dec.poſt Pau. Rimi. Alexan. & Iaſ. prius tractatum fuiſſe de ordinariis
14 tanquam dignioribus & eorũ delegaris qui ab ipſis depẽdent.l.iudicium ſoluitur.ſ.de iudi.cum digniora præponenda ſint,uulg.iuri. Sed inquantum Dec.ad hoc etiã alle §.aliam inſti.de bon.poſ.qui ſolet etiam ab aliis allegari, aduertendum eſt ꝙ ille tex. non probat. Dicitur enim ibi ꝙ cũ olim x.fuiſſent bono.poſſe. quarum nona erat unde uir & uxor, ad ſex rantum redactas eſſe,ſextumq;, locũ renere,& ſic ultimum, bon.poſſ.unde.uir & ux.Et licet ille tex. dicat,altiori loco: exponit tamen,ideſt ſexto enm poſuimus.Et ſic appellat locum altiorem reſpectu numeri:quia prius nona erat, nunc ſexta; non reſpectu dignitatis & precedentiæ. nam ultima nunc eſt,cum eſſet penul.Et ideo gl.ibi in uer.altiori, non bene ſumit argumentum ex illo tex.ꝙ digniores

altiori loco sedere debeant.

Ex eo autẽ q̃ in compilatione decre
15 talium fuerit præpositus titulus de offi.dele.quia ibi agitur de delegato papæ,colligunt doc.delegatum prin cipis maiorem esse digniorem q̃ quo libet ordinario.& ait Dec.sub nu.4. digniorem esse absolute, non solùm respectu causæ commissæ, de qua in dubitatum esse dicit. Pro hac opin. affirmatiua.

Primo cap.sane' secundo de offic. deleg. Sed ille tex.retorqueri pótest contra Dec.ibi,in causa illa superior est &maior.non ergo extra illã quod in effectu uoluit ibi glo.in uer.termi nandam quinimmo subdit text.illis quorum causam suscepit terminãdã non dicit maiorem ordinario. Concedendum tamen quãtum ad causam delegatam esse maiorem ordinario, ut expresse' dicit text.in.c.pastoralis §.Preterea' uers. Ad quod dicimus, de offic.ord.Sed non ualet est maior ergo dignior,cum præses maior sit subdito illi.

Secundo.c.per tuas.de ma.& obe. Sed ille text.non uidetur facere ad
16 rem.ibi .n. papa rescribens Episcopo Florentino,dicit:ordinatũ per ipsum papam ad subdiaconatum,magis ho norandum quam ordinatum ab ordi nario, non tamen ex hoc exemptum ab obedientia debita Episcopo ordinario,& sic solùm probat eum esse di gniorem qui consequutus est ordinẽ immediate a principe, quam is qui ab ordinario,facit ergo in atgumentum, q̃ delegatus principis dignior sit delegato ordinarii,non autem ipso ordinario. Et ita procedit tex.in.l. fin.§.de alb.scrib.alle. per Dec. dicit enim. In albo ante debere scribi nomina eorum qui principis iudicio di gnitates consequuti sunt, postea eorum qui tantũ municipalibus honoribus functi sunt.

17 Tertio ex ordine titulorum ex quo licet argumentari: glo.& Bart.in rubr.ff.de eo per quem fac.doc.in.l.i.si cert.pet.ubi scripsi. In decretal.enim preponitur titu.de offi.dele.cum ibi principaliter tractetur de delegato principis.Nec ob.q̃ in decreta. præponatur tit.de offi.uica. qui est ordinarius ut ibi habetur,quia ibi agitur de spiritualibus, licet in.c.pe.tractetur de iurisdictione contentiosa uica rii papæ.& prædicta ratione præponitur tit.de offi.uica. qui non loquitur de uicario episcopi, titu. de offic. ordi.

Responde, non sequi ex hoc argu mento,q̃ delegatus principis absolu te' & extra illam causam sit maior. Et hoc sentit Alex. hic in tertia col. uers. Sed delegatus ibi, & hac ratione.Et ipsemet Dec.in rub.extra.eo.fa tetur legatum digniorem esse delega to,& tamen postponitur tit.de legato: quia delegatus in causa delegata est maior. cum per speciale mandatũ derogetur generali.c.studuisti de off. lega. Et isto respectu debuit præponi tit.de offi.deleg.cum in eo non tra ctetur nisi de respicientibus causam delegatam.

Quarto.c.pastoralis §. quia uero de offi.deleg.ibi,quod cũ ordinarius teneatur obsequi delegato. Addebã text.in.c.Cum contingat, de rescrip. ibi, illud debes humiliter executioni mandare:loquens papa archiepiscopo super executione mandati sibi facti a delegato. Responde q̃ loquun tur quantùm ad causam delegatam:

&

& prout dixi circa primum.

Quinto .l.i.in princ. ff. quis & a
18 quo,ubi ad delegantem appellatur a delegato.sic ergo. a delegato principis ad ipsum principem. non sic ab ordinario.l.Imperatores.ꝭ.de appel.

Respondebam, etiam a iudice ordinario appellari ad principem quando princeps alium iudicem appellationis non constituisset, ut probatur ex dictis Bar.in.l.i §.siquis in appellatione col.2.nu.10.ꝭ.de appel.& Ab. i rub.extra de app. col.3.uer.2.modo nu.10. Et de iure can, semper appellari potest ad papam, omisso medio. c.si duobus,de appel.Nec.l.Imperatores, dicit ꝙ non ualeat appellatio ad principem,sed ꝙ per ipsum remittitur ad iudicem deputatum. Nec prouisum erat olim de iudicibus appellationum in causis delegatis sicut in ordinariis:quia hæ quotidie exercentur:& nimis graue foret litigantibus si in qualibet appellatione deberet adiri princeps,ut probat tex.in §. Illud etiam tertio, in auth. de appel. col.4. Et hodie prouisum est etiam in appellatione a delegatis principis, ut patebit.ꝭ.in argumentis pro parte negatiua,arg.sexto.Et ideo gl.mag. d.l.i.quis & a quo prope fi.dicit ꝙ regula. d. l. i. non procedit in delegato principis.

Sexto secundum Alcia.lib.2.para dox. cap.12.l.i.C.de offic.uica.indu-
19 cta ut per eum. Decipitur quia uicarius præfecti prætorio de quo ibi,est ordinarius,ut in illa rub.demonstrat Alberi.& Alex.hic nu.18.

Settimo ex eod.Alcia.ibidem di-
20 ctum Bar.in.l.duo iudices.ꝭ.de re iudi.ꝙ si ordinario fuerit ex causa adiūctus delegatus a principe, & posset exemplificari in terminis auth. Si uero contigerct.C.de iudi.& diuersas proferrent sententias, appellandum esset ad principem,ac si fuissent duo delegati:quia iurisdictio delegati principis est potentior,& uincit effectum iurisdictionis ordinariæ. Sic ergo dignior reputatur delegatus in causa delegata, quam ordinarius in ordinaria. Dicebām,alia ratione procedere quam sentit ibi Bart.quia hoc quod ad principem recurratur habet minus captionis. Præterea dictum Bart.uidetur falsum, cum hodie deputati sint iidem iudices appellationum a delegatis & ab ordinariis.§.fi. in auth. de appel. Posset sustineri dictum Bar.in aliqua ciuitate habente iura principis, prout loquitur in supra alleg.l.i §.siquis in appellatione nu.10.ꝭ.de appel.

Ottauo.c.studuisti, de offic.lega. ibi,cum mandatum speciale deroget generali. Solūmodo in causa deleg. Sic etiam ad.c.significasti de offi.de leg. cuius uerba retorqueri possent.

Nono quia delegatus principis delegat etiam ea quæ sunt meri imperii Bar. in.l.i.nu.10.ꝭ.eod.& doc.

Decimo quia ex delegatione competunt reseruata principi:Pau.in.d. l.i.sub nu.3.

Responde his duobus ꝙ procedūt quo ad ipsam causam delegatam & patebit ex.ꝭ.dicendis, & ꝙ etiam ordinarius de iure can. delegat causas meri imperii: & quod etiam iure ordinario conceduntur reseruata principi.

Pro parte negatiua ꝙ delegatus principis non sit dignior ordinario.

Primo quia iurisdictio ordinarii. latior est & plenior ergo ordinarius

absolute dignior & maior, per glos. in.c.in nono xxi.distin.facit glo.fi.& ibi Bal.in.c.i.de inuesti. in mari.fac. & hoc est unum ex argumentis Barbaz.in rub.extra eo. Addebam Dec. in.c.sane el secondo eod.tit.in tertio. no.ubi cōcludit preualere & attendi maioritatem ratione administrationis.

Rn̄dit Dec.hic:nō ualet cōsequētia, latior est & plenior,ergo dignior. patet, quia nihilominus delegatus principis dicitur maior,ordinario.c. pastoralis §.præterea de offic.ordin. cū sim supra alle. Subdit q̄ argumentum posset procedere data paritate terminorum: uidelicet: quando eadem iurisdictio ab eodem fonte procederet.

Replicabam: iura in contrarium allegata loqui respectu causæ delegatæ tantum:& quo ad illum: & in terminis nostris utranq; iurisdictionē ab eodem fonte procedere. ut in seq.

Secondo ex eod.Barbaz.Non potest delegatus dici dignior quia principem representet: nam idem est in ordinario cum creetur a lege, lex.n. & princeps equiparantur:cum princeps sit lex animata in terris §.fi. in auten.de consuli.

Respondet Dec. hic sub nu.4.q̄ tamen ordinarius non representat legem,sicut delegatus representat principem:nam ordinarius habet iurisdictionem iure proprio.l.more.ff.titu. 2.delegatus uero eius qui mandauit iurisdictione utitur.l.i §.qui mandatam.ff.eo. quod autem subiicit Dec. secundum Bar.in.l.quod principi in fi.de leg.2.retorqueri potest.

Replicatio patebit ex proxime dicendis. Facit pro isto secundo argumento.l.digna uox .C.de legi.ibi, & re uera maius imperio est submittere legibus principatum.

21 Reformatur istud argumentum, & urgentius concipitur, sic: Iurisdictio ordinaria ab eodem fonte & dupliciter procedit:quia & lex ipsa a principibus promulgata uel cōfirmata eā dat,l.i.ti.nostro,& per totum ti.C.de iur.om.iudi.& alios tit.ff.&.C.loquētes de magistratibus:& ipse princeps uiuus qui creat magistratus.l.1.ff.ad l.iul.de ambi. ubi ad literam dicitur q̄ magistratuum creatio hodie ad curam principis pertinet, Et per illum tex.ipsemet Dec.in rub. extra de appel.circa.fi.dixit q̄ princeps facit magistratus ordinarios, & rē ipsa uidemus q̄ papa creat legatos, presides, gubernatores,& alios magistratus. Sic etiam Imperator similiter & ciuitates libere, & alii qui iura principis habent.Procedit ergo ordinarius ex eodem fonte, dupliciter,& nobiliori modo:cum eligatur & mittatur ab ipso principe pro tempore determinato ad regendas prouincias, uel ciuitates & populos:nec possit absq; iusta causa remoueri: cum delegatus, de quo loquimur, preponatur uni uel duabus causis:& possit quandocunque reuocari .l. iudicium soluitur.ff. de iudi.adeo q̄ facilius soluitur mandatū iurisdictionis quam cetera mādata, ut per glos.ibi.Coniunge cum

22 primo argumento. Adde q̄ legatus dicitur gerere uices papæ c.1. in fi.de offi.lega.

Tertio Potentius est quod quis habet iure proprio, quam quod alie-

23 no lege quod principi cum lege seq. & ibi Bartol.de lega.2. Sed ordinarius habet iurisdictionem iure proprio

prio.l.more.§. tit.2.delegatus autem iure a.ieno.l.i §.qui mandatam.§.eo. tit.nostro.

Responderi potest, non ualere cõsequentiam, est potentius ergo dignius. Preterea, iure proprio intelligitur iure ordinario non.n.iure proprio quis iurisdictionem habet nisi princeps: alii uero ordinarii a lege: delegatus principis imediate a principe.ergo uidetur dignor per.l.2.§.de alb.scrib.

Replicari potest ex dictis in præcedenti argumento:& q princeps cõmunicat iurisdictionem ordinariis: & ideo dicuntur iure suo habere.d.l. more:& propriam iurisdictionem.l.1.§.qui mandatam.l.cognitio uersic. Cum propriam.§.titu.nostro,nam& populus principi omne suum imperium & potestatem concesit.l.1.in prin.supra de consti.prin.

Quarto auth.Ad hæc.C.de iudi.dupliciter inducendo.Primo delegatus principis etiã illustris non potest per alium sententiam fetre, ut ibi: & tamen ordinarius potest.l.2.C.de sent. ex breui.reci.

24 Respondebant quidam q.d.l.2.loquitur in illustri sine administratione. Dicebam hoc confundi quia plus est esse illustris cum administratione q sine.l.2.C.Vt digni.or.ser.lib. xii.Et præalle.l.2.C.de sen. ex breui. loquitur de quibuscunque illustribus,ut patet ibi,q aliis illustrem administrationem gerentibus, ceterisq; illustribus iudicibus, ubi glo.dec arat,dignitate,non administratione. Aliter igitur respondendum esse dicebam,negando minorem. nam licet d.auth.ad hæc intelligatur communiter in delegato principis, quia in alio certum erat q non poterat subdelegare.l.more.§.titu.2.l.a iudice.C.de iudi. tamen ibi non prohibetur ferri sentẽtiam per alium.1.legi per alium & pronunciari nomine ipsius iudicis eo presente, prout loquitur.d.l.2.de sen.ex breui.reci. Secundo inducen

25 do d.auth.Ad hæc,sic:iudex ordinarius potest causam delegare,sibi reseruata sententia, non autem id potest delegatus principis,ut ibi.

Respondebam hoc non esse ratione maioris dignitatis, sed maioris occupationis: ut patet ibi, & publicis occupationibus impediatur, quæ ratio cessat in delegato ad unam causam:& in iudice appellationis. Et ideo ipsis non permittitur delegare reseruata sententia. Et sic idem disponitur in iudice ordinario appellationis quod in delegato principis. Et uidetur mirandum q delegatus principis posit totam causam subdelegare.l.a iudice.C.de iudi.& tamen non posit causam subdelegate, sibi reseruata sentẽtia.uide.Alex.ibi.nu.5 & hic sub nu.6.

26 Quinto.ordinarius lata per se sententia nulla, potest iterum durante instantia iudicare.l.si preses.C.quo. & quãdo iud.delegatus principis nõ potest.l.si ut proponis, la prima illo eo.tit.ergo etc.

Respondebam.d.l.si ut proponis, non loqui de delegato principis, sed presidis:cum ibi causa iterum delegetur per presidem.Et dato q procederet etiam in delegato principis, non obstaret:quia non esset amplius delegatus.uide Alex.hic nu.5.&.6.

27 Sexto adducebam ipse,q appellatio fieri debet de minori ad maiorem ut expresse dicit tex.in §.fin.in auth.

C

de appel. Sed a delegato principis non illustri appellatur ad ordinariũ illustrem, ut in eo §.fin.& a delegato principis nõ spectabili, & a preside, appellatur ad spectabilẽ ut ibi ĩ uer. Sed a præsidibus, cum glos.in uers. referatur, ergo. Et prius per Constan.in.l.a proconsulibus.C.de appella.inductum erat q a proconsulibus & quibusdam alijs magistratibus siue ex ordinaria siue ex delegata cognoscerent iurisdictione, appellandus erat princeps. Deinde per Theodorum.& Valentin.in.l.precipimus.C.eo.ti.de appel. ne aliena defraudarentur commoda inductũ fuit q de causis appellationum a spectabilib.cognoscerent præfectus pretorio & questor: a clarissimis præfectus tantum: a delegatis delegans: nisi a delegato principis non illustri quia de ea appellatione cognoscebant præfectus prætorio & questor. Et per.l.si quando.C.de appel.quæ est Iustin. dispositum erat q a duce siue iure ordinario siue ex delegatione cognosceret, etiam q esset decoratus propria dignitate illustri, attento solum ducatus magistratu qui est spectabilis, magister officiorum & questor palatii appellaretur: seu coram eis appellationis causa terminaretur.

Settimo Datur dignitatum ordo, l.2.C.ut dign. or. ser. lib. xii. & toto illo ti.tradunt doc. in.l.i.j.eo.& dantur quinq; gradus secundum comm. opi.scilicet superillustris, illust.spectabilis.clarissimi, & inferioris. Ex delegatione quis non efficitur illustris ut probatur in supra.alle.l.præcipimus, nec spectabilis ut in.§.fi.in auth.de appel.& tamen ex assequutione ordinariæ iurisdictionis præfecti pretorio, præfecti urbi & similium magistratuum, quis efficitur illustris etc.ut tradunt Ias.Dec.& posteriores in.l.i.j.eo.in euidẽtialibus: ergo nõ est uerum q delegatus principis dignior sit quolibet ordinario: prout communiter dicunt doc.

Pro ista parte negatiua multa adducit Alex.hic a nu.5.usque ad.12.licet potius, ut ipse dicit, probare solum uideatur q iurisdictio ordinaria sit firmior. Et ultra aliqua ex supradeductis §.Si uero etiam quidã in auth.de exhib.re.iuncta.l.Consentaneum.C. quo. & quando.iud. sed nihil facit ut per Alex.in.l.2,nu.9.& 10.j.tit.2. Et uerior uidetur ultima sol.per.l.fi.ff.quis & a quo. secundo c.querenti cum ibi not.de offi.deleg. sed illud potest retorqueri, tertio.l.2. C.de spor.iũcta.l.eos.C.de mo.mulcta.& istud urget.alia uideri possunt in scriptis Alex.

Ex prædictis patet delegatũ principis nõ esse digniorem maiorem'ue
28 ordinario absolute, prout uoluit Dec. Et q delegatus principis maior sit ordinario solũm in causa delegata, explicat Bal.in.l.si ut proponis la prima col. secunda uersi. sed hic dubitatur.C.quo.& quando iud.declarat Rimi.hic in tertia col.in prin. in uers. aduerte alios referens.& idẽ in effectu expresit Alex.hic nu.6.in fi.& nu.11.in fi.Ab.in præalle.c.sanẽ col.1.uer. Itẽ nota q dicẽs diuerso respectu posse quẽ esse superiorẽ & inferiorem: minorẽ, & maiorem, nam (ut ipse ait) si causa delegetur per papam preposito Senensi contra Episcopum Senensem, præpositus erit maior episcopo quo ad illã causam: minor

minor in ceteris, cum sit subditus episcopo. Et hoc idem no. ibi ipse Dec. in tertio nu. ubi melius loquitur q̃ hic. Videmus enim quotidie' causas delegari a papa diuersis canonicis huius & aliarum ciuitatum, nec tamen extra illam causam delegatam reputantur maiores episcopo, qui est ordinarius. Et in casu per Ab. proposito uidetur suspensum exercitiũ iurisdictionis ordinarii in talem delegatum, non tamen suspensa reuerentia illi debita extra illam causam.

30 Facit, quia non solum delegatus ad unam causam non debet honorari sicut princeps: sed nec etiam ipsius principis legatus siue orator, habito respectu ad ipsum principalem: ut concludit Dec. in d.c. fane' in secunda col. sub nu. 2. uers. Et resoluendo: dicens q̧ merito rex francorum uoluit q̧ dux Sabaudiæ qui personaliter aderat, præferreretur legatis Venetorũ. Et Paulus III. Summus Põtifex uoluit loco digniore sedere Horatium Farnesium ducem Castri Præfectum urbi, & præferri Didaco Vrtato, de Mendoxa legato siue oratori Cæsareo, sed non permisit ipse legatus qui superiorem locum occupauerat. Accepi etiam q̧ legatus regis francorum in urbe dextram partem & sic superiorem locum concedebat duci Vrbini, consilio cardinalis Ferrariensis. Legatus tamen Venetus apud Cæsarẽ, Bernardus Nauagerus, non cessit locum duci Alburchechi: sed præcessit, non tamen de mandato Cæsaris.

Decan. Sen. hic nu. 14. cum pluri. seq. & in rub. extra. eo. nu. 13. cum pluri. seq. multa dicit & conatur saluare Dec. summẽdo uerbum absolute ut ibi per eum. Considerabat enim aduerbium absolute dupliciter, primo absolute. i. ex toto per c. beneficium de regulari. lib. sexto ibi, q̧ uitam uoluerit absolute mutare: secundo absolute. i. indistincte per. c. i. de sequestra. poss. & fruc. ibi, cum absolute' & indistincte' etc. & isto secundo modo intelligit Dec. quasi uoluerit q̧ in abstracto munus iudicandi huius delegati dignius sit: item in concreto in tali causa. Et ponderabat causam formalem. i. formam qua nonnunquam procedere potest delegatus principis, scilicet. Summarie etc. Fuit immemor q̧ in ciuitate ipsa Senẽsi, authoritate statuti iudices ordinarii cognoscũt sine strepitu & figura iudicii ac sola facti ueritate inspecta. Et differentia supra per eum assignata de aduerbio absolute' non probatur, iudicio meo, in prealleg. iuri. nec alibi; quid. n. aliud significat indistincte q̃ in totum? siue ex toto? & absolute in omnibus sine distinctione uel restrictione, & Dec. expresse dicit etiã extra illam causam. Faciebat etiam hic sub num. 13. cum sequ. tria membra.

31 Concludo comm. esse opi. q̧ delegatus principis non sit maior dignior ue absolute' q̃ ordinarius sed maior in illa causa tantum; ordinarius uero' firmiorem habeat iurisdictionem: & hoc ultimũ probat Alexan. hic in. 2. col. num. 5. cum duabus col. seq. usque ad nu. 12. decem adducens. & quædam alia affert Cur. iun. nu. 6. usque ad. 14. Pata. nu. 43. usque ad 55. per octo col.

32 Dec. sub num. 5. adducebat ultra Alex. q̧ plures ordinarii insolidum in singuli habent potestatem, ut per gl.

& Bar.in.l.si uni, alias Pomp.§.de re iudi.& Alexan.declarantem ibi post Bar.procedere quando competit iurisdictio pluribus ut singulis, secus si ut uniuersis ut consulibus mercatorum: Sed pluribus delegatis non
33 competit iurisdictio insolidũ.c.prudentiam in prin.de offi.dele.facit.c. si.de re iudi. Dicta de delegatis nõ procedunt quando in litteris delegationis esset apposita clausula ꝙ omnes uel unus eorum possent procedere.c.Cum plures de offi.deleg.lib. sexto.Nec etiam quando essent plures delegati ad uniuersitatem causarum quia tunc singuli insolidum haberent potestatem secundum glo.& Bar.in.d.l.si uni, & est cõmunis opi. ut ibi attestatur Alex.eam sequens.

Mihi autem uidetur in ista.q.de delegato principis & de ordinario dicẽ
34 dum,maiorem dignioremq; esse ordinarium in sua iurisdictione ordinaria non impedita, data etiam paritate terminorum, q̃ delegatus principis in causa delegata,per ea quæ supra adduxi in primo,secundo,tertio sexto,& septimo,fundamentis partis negatiuæ. Nec satisfacit solutio Curt. iun. hic nu.13.ad §.fin.in auth. de appel.ꝙ.s. questio nostra procedat in iudicibus causarum principalium,non quando ordinarius est iudex appellationum ut in.d.§.fi.nam satis est ꝙ appellatur ad illos ordinarios tanquam ad digniores respectu eorũ iurisdictionis ordinariæ in causis principalibus,ut ibi patet.

Nec est omitendum, limitari per
35 Ab.in.c.dilecti.l'ult.nu.4.de appel. quem sequitur Alex. hic nu.6.in fi. id quod dicitur in.c.studuisti de offi. lega.mandatum scilicet speciale derogare generali in terminis mandatæ iurisdictionis,nisi ex causa nouiter suborta & non considerata a delegante per tex. sing.in.l.si hominem. ff. man.

Dici etiam potest ꝙ delegatio prin
36 cipis affert secum dignitatem clarissimam §.fin.uersic. Si a præsidibus in authen. de appellatio.& intra quæ tempo.& sic dignior sit defensoribus ciuitatum, & magistratibus municipalibus qui sunt inferiores.

Aduertendum etiam est non uale
37 re consequentiam: est maior,ergo dignior:nam in ciuitatibus etiam subditis reperiri possunt ciues illustri dignitate decorati ut in authen. de defenso.ciui.prope fi.prin.& tamen nõ solum preses qui est clarissimus, sed etiam defensor ciuitatis est maior: & magistratus,municipales qui nec clarissimi sunt.Dux etiam de quo in.l. si quando.C.de appel. cuius magistratus est solum spectabilis ut ibi, potest habere milites sub se illustri dignitate decoratos, & ipse erit maior,non tñ dignior. Nec etiã quic
38 quã facit ꝙ si dicamus delegatũ principis maiorẽ esse ordinario oporteat intelligere q̃ ordinarius in sua ordinaria iurisdictione: cum quantũ ad causam delegatam, ipse ordinarius censeatur priuatus:& sic comparatiuum non haberet suum positiuum iuxta.l.Vbi autem non apparet in prin.ff.de uer.obli.nam respondetur ꝙ non semper ponitur comparatiue sed quandoq; electiue ut in.§.si quis in aliena tabula insti.de re.diuis.Responderi etiam potest per ea quæ supra proxime dixi per.l.si hominem. ff. man.

Expedita gl. rub. cum iis quæ doc. dicunt circa eam, perſcrutanda ſunt nunc una cum Dec. uerba ipſius rubr. Videamus ergo.

Primo quid ſit officiū: & quot modis accipitur? Secundo An delegatus papæ dicatur eius officialis, adeo ꝙ non ſubſit ordinario? Tertio An ſtaturum faciens mentionem de officialibus communis Florentiæ, compræhendat poteſtatem Piſtorii? Quarto quare non fuit rubr. noſtra breuius inſcripta: ſcilicet, de offic. de le. Quinto quis dicatur iudex delegatus? Sexto quæ differentia ſit inter iudicem delegatum, Vicarium, & Vicem gerentem? Septimo an ſit differentia inter mandare iuriſdictionem, & dare iudicem?

Ad primum quid ſit officium etc. ſeu quale ſit iſtud nomen? reſponde
39 tur eſſe generale ad omne miniſteriū ſiue artificii nomine cōtineatur, ſiue non: ut not. gloſ. in. l: legatis §. Si ex offi. ff. de leg. tertio licet in illo text. accipiatur in ſpecie tradit Dec. hic nu. 6. Alex. in. l. i. nu. i. ſ. titu. 2. & Iaſ. nu. i. Bar. ibi col. 3. cum ſeq. nu. 9. tripliciter conſiderat officium iudicis Bal. in rub. C. de ope. libert. ait quandoq; dici officium, publicam auth. ut in ti. C. de off. diu. iudi. & tunc officium idem eſt ꝙ poteſtas in ſe reſidens, quandoque dici officium, actū ſiue exercitium publicæ authoritatis, ut in. l. a. ſ. titu. 2. & in. l. Ediles §. Item ſciendum. ff. de edil. edi. ibi omnium rerum officium incumbit: quādoq; mandatum a lege uel ab homine ſuſceptum. l. fœminæ cum ibi no. ſ. de reg. iur. quandoq; actum quendam naturaliter, perſuaſum ut in. l. officio. C. de nego. geſ. Et quomodo differat officium iudicis a iuriſdictione declarat Bal. in. l. i. col. fi. nu. 24. C. ſi a non compe. iudi. & de iſto uerbo ſeu termino officium late Pata hic. nu. 2. cum ſeq. & nu. 16. uſque ad. 20. Et dicitur officium, ſecundū quoſdam, ab efficio, is, mutata e in o: uel potius, ut puto, per antiphraſim: quia nemini officiat ſiue noceat, ut lucus quia non lucet. Primum tamē uidentur tenere doc. ut hic per Dec. & eſt tutius.

40 Ad ſecundum concludit Dec. hic nu. 8. delegatum papæ non dici eius officialem, ita ꝙ ordinarius non poſſit procedere contra ipſum per. c. fi. de hereti. & c. 3. de priui. in extrauag. comm. cum non agatur de re ſpectante ad papam quando cauſa inter priuatos committitur.

Pata. hic nu. 10. & 11. multa dicit circa predicta, ſed nō curanda. Decan. Senen. in rub. extra. eo. nu. 9. uſque ad 38. pro affirmatiua quinque adducit, quibus reſpondet, concludendo negatiue. Dicebam rem non habere dubitationem in terminis iſtis: quia. d. c. fin. de hereti. in extrauag. cōm. diſponit officiales papæ non poſſe moleſtari nec per ordinarios, nec per delegatos, et ſic ibi accipit hunc terminum officiales, in ſpecie ſeu ſtricte, argumento. l. doli clauſula. ff. de uer. obli. & in. d. c. 3. de priui. dicitur: in noſtris & dictæ ſedis obſequiis, nunc & pro tempore exiſtentibus. Sed extra hos terminos, & de proprietate ſermonis, delegatus papæ eiuſdem officialis eſſe uidetur: cum ab officio dicatur officialis: & delegatus officium habeat ut probatur in rub. noſtra, & eo. ti. in decreta. Sexto, & Clemētī. Sed attento

communi usu loquendi, qui præualet, ut scribit Bar. in l. omnes populi col. 21. in prin. sub nu. 58. ff. de iust. & iur. nō dicitur officialis. Et hoc quādo causa delegaretur, exempli gratia, canonico Pisano Pisis degenti. Si uero Papa mitteret huc ex urbe aliquem delegatum qui alias non esset de officialibus papæ, tunc interpretatio usus de qua Lap. in cōs. per Dec. alle. uideretur cessare: cum in loco reperiretur solum ratione officii sibi commissi, & in obsequiis papæ.

Ad tertium Dec. nu. 9. breuiter cō
41 cludit q̄ appellatione cōmunis Florentiæ officialis, non ueniat potestas Pistorii. alle. Nell. in trac. banni. referētem ita fuisse iudicatum per tex. in l. uoluit in §. i. ī. de interrog. acti. ibi, apud magistratus populi romani, uel presides prouinciarum, uel alios iudices. Dec. alle. etiam l. iii. in. fi. ff. quod met. cau. & l. hos accusare in prin. ff. de accu. Addebam l. Cum pretor. §. i. iūcto §. Item hi quibus. ī. de iudi. & cōmunem usum loquendi: & respondebam ad l. sed licet supra de offic. presi. q̄ licet preses uice & officio romæ magistratnum fungi debeat, ut dicitur ibi, non tamen sequitur q̄ sit magistratus cōmunis romæ: ut patet ex iur. supra alle. Aduerte tamen q̄ extr. ll. in loco per Dec. alleg. scilicet in secunda part. 2. temp. q. 66. subdit q̄ si nullum statutum haberetur pistorii aliter disponens tunc licet non comprehenderetur ex proprietate uerborum, ex ui tamen interpretationis & dispositionis quæ est ut loca subdita regantur legibus superioris, teneretur potestas pistorii seruare illud statutum

42 Florentinum. Hoc non procederet in ciuitate pisana, quia in defectum statutorum pisanorum, non recurritur ad statuta Florentina, sed ad ins cōmune rom. ut tradit Dec. in cons. 429. licet in causis nu. 5. & 6. & ita seruatur.

Pata. prædictam conclusionem a Deci. traditam, probat nu. 12. usque ad. 16. ea ratione quia causa proxima debet attendi, non autem remota. Decan. Senen. in rub. extra eo. num. 44. usq̄ ad 59. xii. adducit argumenta in utranq̄ partem. Sed hic non est ulterius insistendum.

Ad quartum quare rub. nostra nō
43 fuit breuius inscripta, ut faciendum uidebatur per. l. i. cū gl. ff. quod met. ca. Pata. hic nu. 20. respondet id factū ratione elegantioris sermonis: Dicebam terminos esse diuersos: quia in d. l. i. uis comprehenditur sub metu, ideo satis erat dicere quod metus causa: sed nos sumus in terminis, quā do multiplex est modus loquendi significatiuus eiusdem rei: tūc enim est in arbitrio loquentis utendi uel isto uel illo, absq̄ ullo uitio. & datur bonum & melius, utrūq̄ tamen bonum. l. ubi autem in prin. ff. de uerb. oblig. & iustius iusto, & utrūq̄ iustū l. exigendi. C. de procura. Sed efficacius etiam respondebam q̄ compilatores uoluerunt inscribere rub. per uerba denotantia factum, & non ius prout explicaui supra circa primum argumentum contra cōmunem continuationem.

Ad quintum qui sit iudex delega-
44 tus: Hostien. in summa extra eo. dicit, q̄ est is cui causa committitur terminanda uel exequenda uices delegantis representans, & proprium nihil

hil habens.probatur in.c.Sane el se cundo de offic.delega. iuncta.l.1 §. qui mandatam.ſ.tit. noſtro, in lege more infra titu.ſecundo, in .l. a iudice .C. de Iudi.cum aliis per cum alleg.& per Alexan. hic nume.11 .qui addit:is cui a principe,uel ab ordinario, uel a delegato principis, ſeu ab alio qui delegare poteſt. Sed iſta additio uidetur ſuperflua. Addit etiam ad tollendam omnem dubitationem cauſa cõmittitur,uel principium,aut finis per.c.ſuper queſtionũ §.i. & §. uerum de offi.deleg. Quod autem dixit Hoſtien.uel exequenda,intelligendum eſt quando fuit cõmiſſa exequutio cum clauſula uocatis uocandis:quia tũc aſſummit partes iudicis:alias nuncius qui eſt nudus miniſter & exequutor, non dicitur iudex delegatus ut declarat Dec. in rubr.extra.eod.col.fin.ſub nume.6. ubi defendit definitionem prædictam Hoſtien. & declarat quid ſit delegare.

Ad ſextum quæ differentia ſit inter delegatum, uicem gerentem, & Vi-
45 carium ? Alex.circa hæc multa ſcribit nu.13.cum plur. ſeq.per col.duas & ultra. Sed breuibus perſtringendo,ut facit Dec.in rub.ext.eo.col.fi. prope fi. Vicẽ gerẽs poteſt ſũmi late & ſtricte: Late, delegatus dici po-
46 teſt uicem gerens.d.c.ſane el ſecõdo extra eo.Stricte autem is dicitur cui ſuperior committit uices principalis officialis,morte,uel abſentia,uelalia cauſa & iſte habet ordinariam.l.2.& & ibi gloſ.& Bart.C.de offi.eius qui uic.al.iud.etc. & dicitur ſuffectus in locum defuncti ſubſtitutus: & uicem gerens dicitur etiam ſubrogatus.

47 Vicarius proprie appellatur is qui uices gerit etiam nulla ſubſiſtente cauſa impedimenti:& habet ordinariam,ut Vicarius epiſcopi,de quo in c.romana,de appel.lib. ſexto. Vicarii papæ, de quo in.c.pe.de offi.uicarius præfecti pretorio, de quo in tit.C.de offi.uica.& Alber.ibi in rubr.Alex.hic nu.18.l.a proconſulibus C.de appel.gl.in rub.C.de offi.eius q uic. ger. De hac materia ſcribit,ultra Alex.Cur.iun.hic nu.16.uſque ad
48 24.Pata.nu.34.uſque ad 43.per duas col.Pau.ca.in lege ſecunda numero 3.& 4.ſ.eo.ubi dicit differentiam eſſe inter delegatum ad uniuerſitatẽ cauſarum,& Vicarium, ſecundum Bar. in.l.1 §.fi.ſ.quis & a quo etc.quia Vicarius eſt ille qui ſedet in eodem tribunali cum ordinario. & ideo cum cenſeatur unum & idem tribunal, a ſententia talis Vicarii non appellatur ad ipſum conſtituentem ut de Vicario epiſcopi habetur in.c.2.de cõſue.libr.ſexto & poſſet etiam exẽplificari in Vicario pretoris Lucenſis tempore quo eligebatur pretor. Delegatus autem ad uniuerſitatem cauſarum non ſedet in eodem tribunali, exemplificando in Vicario foraneo epiſcopi,uel in eo cui a poteſtate cõmiſſæ eſſent omnes cauſæ alicuius caſtri.& de officiali ſeu Vicario foraneo epiſcopi, eſt gl. in clem. ſecunda de reſcrip.in uer.foraneo,tradit Alexan.hic in pe.col.nu.17.in fi. De pretore delegante uniuerſitatem cauſarum eſt tex.in.l.ſolet cum.l.ſequen. ſ.titu.2. & ibi glo.in uer.ſpeciem. Aduertendum autem eſt ꝙ de iure can.Vicarius generalis epiſcopi habet ordinariam,quia lex cano.ſic diſponit ut in præalleg .c.romana in

principio de appellationibus libro sexto & ibi glos. in uersiculo. generaliter. sed de iureciuili non reperitur data iurisdictio ordinaria Vicariis seu uicem gerentibus, nisi Vicario præfecti prætorio, de quo dixi supra, quinimmo hodie non possunt præsides uel prætores aut alii magistratus (excepto præfecto prætorio) fortasse delegare uniuersitatem causarum alicuius castri, uel constituere sibi Vicarium per. l. ii. C. de peda. iudi. auth. Ad hæc. C. de iudi. & per auth. Vt nul. iudi. & §. Ad hoc id prohibemus in auth. de collato. tradit in effectu Alex. hic in pe. col. nu. 18. cum col. seq. Nec omittendum q legatus proconsulis erat delegatus patet quia ab eo appellabatur ad ipsum proconsulem. l. ii. ff. quis & a quo.

49

50

51 Postremo Curt. iun. hic nu. 17. cótra differentiam quam ponit Bart. in. l. filius. ff. delegat. inter Vicerectorem constitutum a Rectore, uel constitutum ab uniuersitate, opponit de. l. ossa §. fi. ff. de relig. & sump. fune ubi uideor ego prohibitus si procurator meus prohibitus fuerit, contra quê tex. alle. nu. xxii. l. sed si hac §. fi. ff. de in ius uoc. ubi patronus tutor impune in ius uocari pôt, licet non ipse patronus, addebã. l. furti §. i. ff. de iis q no. infa. quæ loquitur de procurato.

52 Ad septimum an sit differentia inter mandare iurisdictionem & dare iudicem. De hoc late Sozi. in. l. i. col. quinta uers. explicitis cũ seq. ff. quis & a quo, Dec. hic. nu. 10. Pata. nu. 21. usque ad. 31. Decan. Senen. num. 24. Communis opi. est q non, ut tradit Dec. hic sub num. 10. Pro cóm. & sic pro negatiua adducitur.

Primo q ille cui mandata est iurisdictio propriũ nihil habet. l. i §. qui mã datã. ſ. eo. delegare autẽ non põt nisi is qui iure proprio iurisdictionẽ habet. l. more. ſ. ti. 2. & ideo succedit dispositio. l. a iudice. C. de iudi. quæ rõne prædicta generali uidetur generaliter & indistincte intelligẽda siue ordinarius utatur his uerbis, do iudicem, sine aliis, mando iurisdictionẽ, accedat. l. fi. in prin. ſ. eo. l. solet, cum l. sequenti. ſ. tit. secundo.

Secundo: quia secundũ Pata. hic sub nu. 24. alias sequeretur q iurisdictio ordinaria nõ differret a delegata

53 Tertio, sed est idem cum primo, quin sicut usuarius usuarium nõ cõstituit §. i. insti. de usu & habi. sic nec delegatus delegatum, cum solum habeat usum iurisdictionis, licet delegans usus fuerit uerbis, mando iurisdictionem. d. l. i §. qui mandatam.

Pro affirmatiua contra cõm.

Primo. l. cum prætor §. i. ſ. de iudi. iuncta. l. a iudice. C. de iudi. nam in d §. i. dicitur. Is quoque cui mandata est iurisdictio iudicem dare potest. In. l. a iudice, a iudice iudex delegatus iudicis dandi non habet potestatem. & licet utatur hoc termino, delegatus qui potest uerificari etiam in eo, cui mãdatur iurisdictio uniuersaliter, & in iudice dato. s. ad unã causam tãtum, tamen in illo tex. pro iudice dato uidetur intelligendum, ut iura iuribus concordentur. l. i. C. de inoffi. doti. & sic ne dicta. l. a iudice contrarietur. d. l. Cum prætor §. i. qui clare & apette loquitur. Nec obstare uidetur q text. in. d. §. i. subdat. ut sunt legati procõsulum: cum exempla regulam non restringant. l. damni

damni infecti la seconda.ſ.de dam. infec. Inſtatur q ille §.i.loquatur in delegato ex conſcientia legis, & cui a lege hoc conceditur. Ait enim tex. ibi: Iudicem dare poſſunt quibus a lege, uel conſtitutione, uel Senatuſconſulto cōceditur, ſubdit poſtea .l. ſicut procōſul. Is quoq; cui mādata eſt etc. & ſic implicatiua implicet q ēt is delegatus cui hoc a.l.cōceditur, ut eſt legatus proconſulis, iudicem dare poſsit. Sequitur poſtea: Item ii quibus id, more, conceſſum eſt propter uim imperii, ſicuti præfectus urbi, ceteriq; romæ magiſtratus. Ecce q in uerſ. Is quoque, loquitur de delegato cui a lege id conceditur: is autem eſt legatus proconſulis.l.legatus, ſecundum litteram affirmatiuam & ueram, ſupra de offi. procōſ. & lega. Et licet exempla regulam nō reſtringant, eam tamen declarant: ut in.l.i §.quod uulgo.ff.de ui & ui arma. Et q ille tex. loquatur de delegato, cui a lege hoc expreſſe conceſſum eſt, deprræhendi uidetur ex eo quod ſubdit, præfectū urbi, & cœteros romæ magiſtratus, id poſſe, conſuetudine propter uim imperii: quomodo enim dubitari potuiſſet de prefecto urbi qui eſt ordinarius, & illuſtris, ſi prius dixiſſet etiam quoslibet delegatos ad uniuerſitatem cauſarū poſſe iudicē dare? Retorquetur ergo.l. a iudice.C.de iudi.nā de iudice delegato ab hoīe indefinite & indiſtincte loquitur: & ſic de quolibet delegato ab homine, quod corroboratur quia excipit ſolum delegatum principis. nam etiam princeps iudex eſt in illo actu quādo cauſas cognoſcit, uel cōmittit. & ſufficit exceptionem eſſe de regula ſecundum quid, ut tradit Iaſ.per illum text, in.l.nummis

54 num.13.ſ de in lit.iur. Cagnol.in.l.i. num.24.ſ.de reg.iur. Videtur ergo q d.l.cum prætor §.i.loquatur in delegatis ex conſcientia legis.l.a iudice in deleg.ſimpliciter ab homine, prout eſt qō noſtra. Nā legatus procōſulis nō depēdebat ſimpliciter a procōſule, cum ei adimere proconſul iuriſdictionē non deberet incōſulto principe.l.ſolent uer. ſicut autē ſupra de offi.proconſ.cū alii delegati ſimpliciter ab homine, poſsint ad libitū delegantis reuocari.l.iudicium ſoluitur ſ.de iudi.

Pro defenſione tamen huius primi fundamenti, inſtabam non eſſe ſpeciale in legato procōſulis de quo dictum erat in.d.l.legatus per Pau. I.C. & quia procedit argumentum de legato proconſulis ad alios delegatos ad uniuerſitatem cauſarum.l. Cognitio in prin.ſ.eo.l.i §.damus.ſ. de ſuſpec.tuto. ubi I.C. arguit de legato proconſulis ad eum cui pretor mandauit iuriſdictionem ex identitate, immo ex maioritate rationis, niſi expreſſe fieret mentio de ſpecialitate ut in.d.l.ſolent circa prin. Et ratio illius ſpecialitatis eſſe poteſt; quia princeps non ita conſideret de proconſulibus qui ad regendas prouincias remotas mittebantur: & potuiſſent aliqua particulari affectione mutare legatos; ſicut de magiſtratibus urbis romæ quibus conceſſum fuit moribus propter uim imperii, & quia princeps ipſe reſidebat in urbe. quo fit ut ſuſpitio abeſſet. alia uero notabilior ſpecialitas de qua in.d.l. ſolent in prin.ſcilicet q proconſules mandarent legatis, quo ad cognitionem tantum cauſas meri imperii indelegabilis, cōmunis uidetur etiam pretori per.d.l.i §.damus de ſuſpec.

tuto.& ꝙ id ſcilicet ſubdelegare unã cauſam poſsit fieri per quoslibet delegatos ad uniuerſitaté cauſarum a maioribus ſcilicet magiſtratibus,uoluit gloſ.prima in prima lec.cõmuniter approbata in.l.i.§.ab eo.ff.quis & a quo etc. & ꝙ non ſit ſpeciale in legato proconſulis uoluit gl.in uerſ. delegatus in.c.cum cauſam de appe. ad fi.allegando.d.l.Cum prætor §.i. ad probandum ꝙ delegatus ad uniuerſitatem cauſarum poteſt unam cauſam ſubdelegare. & cõmuniter eam ſequuntur doc. Idque comprobatur: quia in.d.l.cum prætor §.i. traditur doctrina & regula generalis de iis qui iudicem dare poſſunt: & ſit duplex membrum: unum de iis quibus conceſſum eſt lege: inter quos comprehenditur is cui mandata eſt iuriſdictio: alterum de iis quibus conceſſum fuerat moribus. & ſic ceſſat obiectio, ꝙ non fuiſſet dubitandum de iudicibus ordinariis urbis romæ. Non enim de hoc dubitabatur: ſed oſtenditur hoc eis non fuiſſe conceſſum lege: cum id prius conſuetudine poſſent. Et hoc modo fundatur & defenditur cõm. opi.de qua in.l.more.ſ.tit.2.& in.l.a iudice.C.de iud.ꝙ delegatus ad uniuerſitatem cauſarum poſſit ſubdelegare,ſeu iudicem dare:& in.c.cũ cauſam de appel. ubi Dec. nu.7.qui declarat procedere ſecundum doc.quãdo unam cauſam tantum delegaret, ſecus ſi uellet uniuerſitatem cauſarũ cõmittere: licet ipſe Dec. in.l.ſolet nu.13.uſq; ad fi.ſ.ti.ſecundo,& Curt. iun.in.d.l.more nu.67.& 68.teneant contra.d.cõm.opi.ſed non aduerterunt ꝙ quando delegatur uniuerſitas cauſarum id fit ex conſcientia legis in proconſule,& in prætore: ut patet ex ſupra deductis. nec aliis inferioribus id permiſſum reperitur,niſi in caſu §.ad hoc id prohibemus in auth. de collato & tunc ſimiliter ſit delegatio ex conſcientia & conceſsione legis: nec aliter poteſt fieri talis delegatio ut patet ex.l.2.C.de peda. iudi.& auth.ad hæc,C.de iud.Intelligetur ergo d.cõmunis opi. ſecundũ prædicta: & ſic in delegatis ad uniuerſitatem cauſarum ex conſcientia legis:nam aliter talis delegatio fieri non poteſt. Retorqne pro cõm.opi. d.l.cum prætor §.1.qnia dicit:Iudicẽ autẽ date poſſunt etc.lege:ſicut pro conſul,is autem totam iuriſdictionẽ mandat,aut unam uel plures cauſas l.ſolet cum.l.ſeqa.ſ.titul.ſecundo.l. cognitio in princ.ſ.eod.titu.noſtro. Ecce ꝙ iudicem dare accipit ſiue mandetur iuriſdictio in genere, ſiue in ſpecie.

Secundo addncitur text.in.l.i.ſ. quis & a quo etc.per quem tex.dicit Alex.in.l.a iudice col.2.nu.6.cũ ſeq. C.de iud. cõmuniter reneri ſecundũ uerum intellectum,qui magis conuenit littetæ,ꝙ delegatus ad uniuertatem cauſarnm poteſt ſubdelegare unam ſcilicet cauſam:ut ibi per eum nu.8.Nam in illa.l.in princ.dicitur, ꝙ a iudice dato appellatur is qui eũ dedit:& in.§.ab eo,ꝙ ab eo cui mandata eſt iuriſdictio non appellatur mandans,ſed ſuperior mandantis. Dec.hic reſpondet ꝙ ille tex. uarios habet intellectus: & ideo non poſsit in eo fieri fundamentum.Replicabã hoc non procedere quando unus intellec.tenetur cõmuniter. & licet cõmunis intellec.ſit ꝙ.d.§.ab eo loquatur in ſubdelegato a delegato ad uniuerſitatem

uersitatem causarum: principium uero legis in delegato ad unã causam tantum, tamen habemus intentum. probat enim differentiam esse inter dare iudicem, & mandare iurisdictionem: cum primo casu intelligatur ad unam causam tantum, secũdo uero ad uniũersitatem causarum: ut uult glos.1.ibi in uers.ab eo in prima lec. Dici tamen potest ꝙ in.d § ab eo secundũ d.cõm.intellec.dicitur mandari iurisdictio non solum quando uniuersaliter mandatur, sed etiam quando una causa tantum: cum, secundum cõm.opi.ut dixi, delegatus ad uniuersitatem causarum unam tantum causam eodem tempore mãdare potest. Et tex.ibi dicit: nam & generaliter is erit prouocandus ab eo cui mandata est iurisdictio, qui prouocaretur ab eo cui mandauit iurisdictionem. Sed hoc non obstat. satis enim est ꝙ mandare iurisdictionem importat etiã uniuersaliter delegare: dare uero iudicem importat ad unam causam tantum. Instari tamen potest ꝙ principium d.l.1.procedat nõ solum si una causa tantum sit delegata, sed etiam si uniuersitas causarum, ut probat.l.ii.illo eo.titu. ubi a legato appellatur ad proconsulem, & tamẽ legatus proconsulis est delegatus ad uniuersitatem causarũ .l.cum prætor §.i.ff.de iud.

Aduertendum ꝙ d.§.ab eo probat aperte ꝙ idem sit mandare iurisdictionem, & dare iudicem: nam utitur semper isto termino, mandat, uel mandauit iurisdictionem, unde illi a quo appellatur ibi dicitur mandata iurisdictio, & tamen doc.intelligunt ꝙ esset subdelegatus a delegato ad uniuersitatem causarum: qui secundum cõm. opi. unam causam tãtum subdelegare potest. Et in prin.loquitur de delegato ab ordinario in §.ab eo de subdelegato ad unam causam a delegato ad uniuersitatem causarũ nec glos.ibi in primo intellectu aliter dicit.

Tertio.l.imperium.ff.tit.secundo in fi.ibi iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia. sed delegatus habet iurisdictionem, ut probatur in rubr. præalle.ff.ti.2.cum ibi no.ergo potest dare iudicem. Mandare autem iurisdictionem non potest ut aperte dicit tex.in.l.fi.in prin.ff.tit.nostro ergo differentia est inter dare iudicem & mandare iurisdictionem.

Respondebam ꝙ.l.Imperium loquitur de iurisdictione ordinaria ut ibi patet: cum de mero & mixto imperio, & iurisdictione ad declarationẽ terminorum loquatur. Delegatus nanq; proprium nihil habet etc.l.i §.fi.ff.eo.& ideo iurisdictionem mandare non potest.l.fin.in prin.ff.eod.l. more.ff.tit.2.& de.d.l.fi.dicetur inferius.

Quarto.l.fi.C.ubi & apud quem etc.in uers.sed ne quis: ibi, uel apud eos qui dantur a iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem. Respondet Decan. Senen. hic nume.27.intelligi debere in casu habili, ut in subdelegato a delegato principis, uel a delegato ad uniuersitatem causarum, & dixit prius glos. ibi in uer.non habent. Hæc autem non est responsio sed declaratio ad illum tex.qui sic induci potest cõtra cõm.opin.probatur ibi ꝙ delegatus potest dare iudicẽ, & tamen non potest mandare iurisdictionem.l.fi.in

prin.ſ.e o.ergo etc.& licet in integrũ reſtitutio peti poſsit coram iudice delegato ad uniuerſitatem cauſarũ, nõ tamen a ſubdelegato qui dicitur iudex datus: & ſubdelegans dicitur habere mandatam iuriſdictionem præalle.l.Cum prætor §.1.ſ.de iudi. Solutio patet ex ſupradictis circa primum,& ſecundum argumentum huius partis: & patebit ex.ſ.dicendis non enim eſt uis in hoc,an delegans ordinarius uſus fuerit hoc modo loquendi, mando tali iuriſdictionem,uel facio delegatum,uel do iudicem: ſed an uniuerſaliter an particulariter.

56 Quinto.o.cum Bertoldus de re iudi.ubi delegati ab Archiepiſcopo legato papæ ſubdelegauerunt. & nõ erant illi ſubdelegantes delegati ad uniuerſitatem cauſarum, ſed ad unã cauſam. format autẽ Decan. hic ſub nu.25.ſecundum Alcia.per eum alle. argumentum ſic.Soli delegato principis non ad uniuerſitatem cauſarũ permittitur ſubdelegare, & ſic mandare iuriſdictionem .c. cum cauſam in fi.de appel.c.paſtoralis in prin.de offi.dele,& tamen in.d.c.cum Bertoldus delegatus legati ſubdelegauit: cumq; hoc non poſsit fieri niſi a delegato principis ſcilicet mandari iuriſdictio,uidetur de neceſsitate dicendum ꝙ in.d.c.cum Bertoldus, deletus dederit iudicem,nõ autem mandauerit iuriſdictionem:quaſi dare iudicem importet cõmittere dumtaxat cauſæ cognitionem,non etiam deciſionem: uel committere unum articulum tantum,idq; liceat etiam delegato ad nnam cauſam,ſed non ſubdelegare totam cauſam,quod eſt mãdare iuriſdictionem. In contrarium tñ facit ꝙ in illo tex.dicitur. Verum dicto electo & præfatis Abbatib. cõmittẽtibus aliis uices ſuas,ipſi ſubdelegati teſtes ſuper prædicto articulo receperunt. Et fieret uis illi tex.ſi intelligeremus uices ſuas commiſſas quantum ad receptionem teſtium.

Reſpondent glo.in præalle.c.cum cauſam in fi.de appel.in uer.delegatus, ꝙ in.d.c.cum Bertoldus, narratur cõtingentia facti,nec per hoc approbatur ſubdelegatio. idẽ etiam in effectu uoluit gl.in.d.c.cum Bertoldus,in uer.cõmittentibus,in ult. ſol. & licet dicat, unde non ualet hodie quod hic dicitur:cum ſit expreſſum per.c.cum cauſam de appella.tamen nec tempore promulgationis.c.cum Bertoldus ualebat per.l.a iudice.C. de iudi.quæ fuit longẽ antiquior: & quam alle.illa gl.nam licet.d.c.cum cauſam fuerit Honorii tertii qui fuit ſucceſſor Inno.iii.conditoris præalleg.c.cum Bertoldus, ut ex Platina cõſtat,& ſic.c.cum cauſam fuerit poſterius,tamen non loquitur per modum corrigendi ſed ſecũdum ius antiquum.

Ab.in.d.c.cum Bertoldus nu.11.approbat ſeu dicit in effectu id quod uoluit gl.præalle.in.d.c.cũ cauſam. & ipſe Ab. nu.22.ſubiiciebat quintã ſol. ꝙ ſpeciale ſit in delegato legati papæ ut ipſe poſsit ſubdelegare ſicut legatus proconſulis.ſed hæc ſolutio non ſatisfacit quia legatus procõſulis eſt delegatus ad uniuerſitatem cauſarum,& in.c.cõ Bertoldus erant delegati ad unam cauſam tantum. Preterea in.d.c.cum Bertoldus illi qui ſubdelegauerunt,non erant delegati ab Epiſcopo legato,ſed ab archiepiſcopo iudice appellationum ; ta-

mē quomodo a legato papæ ad aliū appellatur?

57 Dec. in d. c. cum causam de appe. col. 2. in fi. sub nu. 6. dicit intelligi. c. cum Bertoldus, in subdelegatione unius articuli non iurisdictionalis ut est receptio attestationum: cū delegatus etiā ab inferiore posśit unū articulum non iurisdictionalem delegare. & hanc tradit esse cōm. opin. Tamen ista sol. ad illum tex. non satisfacit. teneo ergo primam. nam papa in d. c. cum Bertoldus, reuocauit sententiam legati non autem sententiam delegatorum, qui non iudicauerunt. & solum loquitur de processu super quo subdauit sententiam suā: quasi alia non essent attendenda. Et hoc dixit Ab. ibi sub nu. 21.

Sexto. c. super questionum §. porro de offi. dele. ubi si delegatus papæ ad unam causam subdelegat causam totam, a subdelegato appellatur ad papam: sed si unum articulum tantū cōmittat, appellatur ad ipsum delegatū. primo casu dicitur mandata iurisdictio: secōdo datus iudex ergo c.

Respondere potest primo secundum gl. ibi in uer. non ad eum, secus esse de iurecíuili per. l. primam. C. 58 qui pro sua iurisdic. ubi a subdelegato principis appellatur ad ipsum subdelegantem, licet a subdelegato a delegato ad uniuersitatem causarum iudicis ordinarii, appelletur ad ipsum ordinarium. l. 1 §. ab eod. ff. quis & a quo etc. hanc solu. tenet illa glo. tam & si aliam posuerit ꝙ ille ll. reducūtur ad distinctionem huius §. porro' & hāc sequitur Ab. in eo §. porro' sub nume. 4. sed Bart. in d. l. 1. C. qui pro sua iuris. sub nu. 2. uers. oppo. ad si. concordat illam. l. cum d. l. 1. ſ. quis & a quo, ut proxime' dixi. & sic uidetur tenere sententiam glo. in d. §. porro', ꝙ aliud sit de iurecíuili. q̄ de iur. can. & ita eum intelligit Ab. in præalle §. porro', Sed quomodocūq; soluamus, non ob. quia ille text. non facit differentiam inter mandare iurisdictionem & dare iudicem. Præterea tex. i. d § porro loquitur si causa sit per Papam cōmissa, appellatio ne remota: & ut parcatur laboribus & expensis, licet gl. in uer. si causa, putet idem esse & si non fuerit causa cōmissa appellatione remota.

In hoc articulo diligenter aduertendū est, ꝙ Soz. ī. d. l. i. ī. quis & a quo etc. duplicem cōstituit differentiam inter mandare iurisdictionem & dare iudicem: primam, ꝙ dare iudicem importet delegare tantum causæ cognitionem. & ideo tali casu appelletur ad ipsum delegantem proximū: mandare iurisdictionem sit quando absque ulla reseruatione fit delegatio, & tunc appelletur ad primū delegantem: hanc differentiam probari putat in illa. l. i. quis & a quo, & in præalle. c. super quæstionum §. porro de offi. dele. quod non est uerum ut supra demonstraui. nec etiam probari puto in. c. si delegatus de offi. dele. lib. sexto: nam ille tex. in uers. seu §. fi. declarat non esse differētiam an delegatus uices suas cōmittat donec reuocet, uel aliud de iurisdictione sibi reseruet, & sic unum articulum rātum deleget, nam utroque casu appellatur ad ipsum subdelegantem. & sic ille tex. probat oppositum non enim fit uis, an tota causa uel unus articulus tantum subdelegetur sed 59 an totam causam subdelegauerit absolute' sine clausula donec reuocet:

quia tunc abdicauit a se usum iurisdictionis ita ꝙ amplius non possit de ea causa se intromittere, licet secus sit in ordinario de quo intelligitur. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. ut declarat glos. secunda in uers. transfert totam in præalle. c. super quæstionum §. porro: qui §. declaratur per d. c. si delegatus.

Et ꝙ dare iudicem non restringatur ut uoluit Soz. est text. in. l. si ut proponis la prima. C. quo. & quādo iud. ibi, a iudice dato ferri sententiā c. & in. l. i §. si. ff. a qui. appe. nō lic. secūdā differentiā ꝙ iudex datus nō pōt iudicē dare, sed is cui mādata est iurisdictio potest. Vtramq; differentiā ponit Soz. in. d. l. i. quis & a quo i V. col. postea in ulti. col. declarat secundum membrum secūdæ differentiæ procedere etiam si mandata esset iurisdictio particulariter in una causa. Et quo ad primum membrum, eius uerba sonant ut dixi supra: & ita intelligunt posteriores senen. & Bellam. in sua disp. & Decan. in hac rubr. Vnde equiuocauit Dec. hic: quia Sozi. non dicit ꝙ dare iudicem sit cōmittere cognitionem & decisionē causæ: sed ait, censetur tantū cognitionē delegare ille qui dat iudicem.

Fulg. in. l. solet circa fi. ff. tit. 2. dicebat sibi uideri ꝙ si aliquis mandauit omnes causas cognoscendas & decidendas, non transeat potestas dandi iudicis: sed si mandauit omnem iurisdictionem sibi competentem, tunc ueniat potestas dandi iudicis. & hoc uoluit ibi glo. 1. & 2. Subdit Fulg. ꝙ idem erit quando quis mandauit omnem iurisdictionem in una causa. quod ultimum uidetur falsum cū speciale sit in delegato principis, ut patet ex suptadictis.

Alcia. lib. 2. paradox. cap. quinto se qui uidetur opi. Fulg. quam reprobaui. Dicit etiam iudicem datū summi pro eo cui cognitio tantum causæ, uel pronunciatio, uel etiam utrūque in una causa concessum est. qui iudiciario tantum munere fungitur l. a iudice. C. de iud. Et hanc iudicis dati interpretationem asserit tenuisse, preter Alber. glo. in. d. l. i. quis & a quo, & ibi Comen. Imo. Io. de anan. Ange. are. & Sozi. Sed Comen. & Imo. in impressione quam habeo, non scribunt super illo tit. Soz. autem loquitur ut supra dixi: & Fulg. in. d. l. solet: quem etiam alle. cæteros non habeo.

Reiecta opi. Sozi. & sequacium ꝙ dare iudicem sit delegare tantum causæ cognitionem: ac etiam opi. Alcia. ꝙ restringatur ad unam causam tantum: & alia ꝙ illi cui particulariter mandata est iurisdictio in aliqua causa possit delegare, concludēdum est cum opi. cōmuni ꝙ non sit differentia inter mandare iurisdictionem & dare iudicem, sed uterq; modus loquendi conueniat & delegationi uniuersali & particulari, sicut etiam terminus delegare: sed nunc uno modo, nunc altero intelligatur secundū subiectam materiam. licet gl. in. l. i §. qui mandatam. ff. eo. glo. scilicet prima dixerit mandari iurisdictionem quando cōmittitur uniuersitas causarum: delegari quando una species tantum cōmittitur. fatetur tamen ꝙ quandoq; unū pro alio ponitur.

60 Sed ꝙ iste terminus mandare iurisdictionem conueniat & particulari & uniuersali delegationi est tex. in §. solet cum. l. seq. ff. tit. 2. ibi, & aut omnem

nem mandat, aut ſpeciem unam, & ibi, ſicut uniuerſam iuriſdictionem mandare alii poteſt, ita & in perſonas certas, uel ad unam, ſpeciem, & in.l.1 §.qui mandatam.ſ.titu. noſtro qui mandatam, inquit, iuriſdictionẽ ſuſcepit propriũ nihil habet c. quod procedit tam in uniuerſali q̃ in parti culari delegatione & ibi Curt. iun. nu.15.demonſtrat ueriorem eſſe primam opi. poſitam in illa gl.ꝗ mandare & delegare idem importet. Sic etiam in.l.fi.ſ.eo.mandatam ſibi iuriſdictionem alteri mandare nõ poſſe etc.intelligitur enim in particulari delegato: item poteſt etiam intelligi in uniuerſali ꝗ uniuerſaliter nõ poſſit ſubdelegare.

FINIS RVBRICE.

QVOT sint magistratuum ordines nume 1.

Quinque sunt ordines magistratuum secundum comm opi. nu. 2.

Praefectum urbi spectabilem esse, non recte dixit Alcia. nu. 3.

Datur dignitas quae dicitur perfectissimatus. nu. 4.

Quare in compilatione digestorum fuerunt prepositi tituli de sena. & de offi. consu. nu. 5.

Appellatur gradatim de iure ci. nu. 6.

Lex praecipimus in. § pe. C. de appel. non corrigitur per. § fi. in auth de appella. nu. 7.

Non datur ordo super illustris magistratus, nisi sit ipse princeps nu. 8.

Illustrissimus non est superillustris ibi.

In ordine illustrium dantur quinque gradus. nu. 9.

An Papa & Imper. comprahendantur in ordine super illustrium? nu. 10.

Imperator ut iudex appellationis comprahenditur in ordine magistratus superillustris. nu. 11.

Senatores an sint super illustres? nu. 12.

Episcopus idemque Canonicus quo loco sedere debeat in capitulo quando sedet tanquam canonicus. nu. 13.

Legatus Papae, & praefectus pretorio facere possunt legem perpetuò duraturam nu. 14.

Senatus Venetus potest dici superillustris nu. 15.

Senatores tanquam singuli erant solum clarissimi numero. 16.

Antiquitus Romae triplex erat ordo. nu. 17.

De Senatoribus: a quibus electi: et quarè maiorū et minorū gentium: & quidā pedarii appellarentur. 18

Consules an essent superillustres? nu. 19.

Dictator erat superillustris. nu. 20.

Error Dec. nu. 21.

Patritiatus noua dignitas est superillustris nu. 22.

Praefecti pretorio: praefectus urbi, praefecti sacri cubiculi, magistri militum, sunt illustres. & hodiè omnes predicti sunt aequalis dignitatis seu gradus nu. 23.

Praefecti pretorio officium quale esset? & multa de eo. nu. 24.

Praefectus pretorio domus augustae, siue Comitatus Caesaris, appellatur hodiè maior magister domus est Dux Albe. nu. 25.

Magister militum est Dux exercitus siue Capitaneus generalis nu 26.

Prefectus urbi fert ensem nudū ante Imperatorem in eius coronatione; et potestatem exercet sede uacante, per mortem Papae nu. 27.

Praefecti sacri cubiculi, Ciamberlani, & Cubicularii, qui sint nu. 28.

Questorum quatuor genera nu. 29.

Princeps ex plebeio facere potest illustrem nu. 30.

Quaestor sacri palatii est illustris, & non alii questores nu. 31.

Comes rerum priuatarum idest generalis procurator Caesaris est illustris nu. 32.

Rex est illustris; ac etiam super illustris nu. 33.

Imperii in Germanos translatio. & quomodo debeat de ea intelligi text. in. cap. Venerabilem de elec. numero. 34.

Consiliariorum Consistorii principis, quidam sunt illustres, quidam spectales nu. 35.

Doctores qui annos uiginti publicè professi sunt, illustres esse, uerum non esse demonstratur. nu. 36.

Lapsus Curt. iun. uolentis q. Vicarius sit illustris nume. 37.

Doctor qui uiginti annos professus est, non idcirco potest creare notarios, & legitimare contra Pau. & Dec. nu. 38.

Doctor profitens seu legens, ex eo non est clarissimus contra Alex. etc. nu. 39.

Cardinalis est illustris etiam extra curiam. nu. 40.

Legatus de latere facit cessare officium legationis cuiuslibet Patriarchae nu 41.

Quatuor principales Patriarchae digniores sunt quolibet Cardinali, excepto Hostiensi nu. 42.

Patriarchae sunt illustres nu 43.

Plures effectus resultantes ex dignitate illustri nu. 44.

Spectabilium ordo nu. 45.

Duces spectabiles sunt ii scilicet de quibus in ll. C. & qui sint declaratur nu. 46.

Ducum nostri temporis, Marchionum, Comitum quidam sunt illustres. nu. 47.

Comites consistoriani et alii de quibus in ll. C. sunt spectabiles, excepto Comite rerum priuatarum qui est illustris nu. 48.

Episcopus est spectabilis non illustris, licet equiparetur illustri nu. 49.

Episcopus, licet respectu ordinis maior sit praesbitero cardinali, tamen Cardinalis dignior est ratione officii & latioris administrationis, quae praeualet nume. 50.

Clarissimorum ordo nu. 51.

Nominatio enunciatiuè facta a lege non probat dignitatem enunciatam; facit tamen praesumptionē quae sufficit si contrarium non probetur nu. 52

Duo sunt soluere, & ad diem soluere; quomodo intelligatur num 53.

Conceditur praesidi qui est clarissimus; ergo spectabili & illustri. intellige data paritate terminorum nume. 54.

Iurisdictio in genere in duas diuiditur species secundum Bart Melius in tres nu. 55.

Summarium Bar. ad hāc legem reprehenditur nu. 56.

Casus positio cum rationibus dubitandi & decidendi nume. 57.

Quaedam particulariter transferri non possunt quae transferuntur cum uniuersitate nu. 58.

In generali cōmissione non uenit quod specialiter mandari non potest. nu. 59.

Errauit Bart. reprahendēdo exemplificationem gl. uer. constitutione nu. 60.

Pronomen,

Pronomen, suum significat proprietatem. nu. 61.

An ordinarius possit concedere delegato potestatẽ subdelegandi? cõmunis est q. sic nu. 62.

Inferiores magistratus an possint delegare; communis est q. sic nu. 63.

Intel. ad. l. eum qui, infra de iur. om. iudi. nu 64.

Noua inductio. l. Cum prætor. §. i ff de iudi. nu 65.

Facultas delegandi an sit simplicis iurisdictionis? & an competat iure magistratus? nu. 66.

Inductio. l. more infra de iur. om. iudi. contra Sozi. & Dec. nu. 67.

Aduersatiuæ natura nu. 68.

Dictio aliquo, uel aliqua, uerificatur in minimo uel in minima nu. 69.

Quomodo concordetur l. ea quæ ad munici, cum l. Cognitio. §. i. infra eo. tit. nostro. nu. 70. 138.

Quod potest fieri per generale mandatum, & per speciale nu. 71.

Arbiter non potest arbitrari ut ad alium arbitrum eatur. nu. 72.

Argumentum de mandato iurisdictionis ad alia mandata procedit, regulariter. nu. 73.

Ratio cõmunis quare causæ meri et mixti imperii quatuor superiorũ graduũ non possint delegari nu. 74.

Delegatus principis non potest delegare ubi electa est industria personæ. nu. 75.

Delegatus principis potest delegare causas alias indelegabiles. nu. 76.

Delegatus principis potest delegare causas alias indelegabiles. nu. 76.

Causæ meri imperii possunt regulariter delegari de iure cano. nu. 77.

Clerici nõ possũt de pœna sanguinis cognoscere per se ipsos: & tamen possunt per delegatos. nu. 78.

Ordinarius laycus constitutus a Papa an possit delegare causas meri imperi. nu. 79.

Digniores hodiè cẽsentur iudices causarum ciuiliũ quã criminalium. nu. 80.

Causæ meri imperii non possunt delegari etiam de consensu partium. nu. 81.

Causæ mixti imperii delegari possunt de consensu partium secundum Dec nu 82. Reprobatur.

Prorogari potest ab ipsis partibus ad longius tempus iurisdictio delegati principis. seu ipse delegatus hoc potest consentientibus partibus. nu. 83.

Iudex poterit cognoscere de maiori summa de consensu partium. nu. 84.

Prorogatio iurisdictionis ordinariæ de persona ad personam quando procedat nu. 85.

Prorogatio iurisdictionis delegatæ fieri non potest de persona ad personam. ibidem.

Prorogatio etiã in causis indelegabilibus fieri potest in iudicẽ, similẽ in subditos habentẽ iurisdictionẽ 86.

An delegari de consensu partiũ possit, ubi censetur electa industria personæ? 87.

Delegari non possunt reseruata principi, concessa Comiti palatino. nu. 88.

Declaratio ad. c. si de offi. ordi. nu. 89.

Impossibilia cẽsentur quæ pendent a sola uolũtate principis, nisi ea sit solitus concedere. nu. 90.

Causæ ualde graues delegari non possunt etiam ex causa a delegato principis. nu. 91.

Reprehenditur Dec. ponẽs regulã prohibitiuã delegationis in causis meri & mixti imperii: & permissiuam in causis iurisdictionis simplicis. nu. 92.

Iurisdictionis simplicis omnes gradus poterant delegari de iure ff nu. 93.

An ordinarius cui a lege delegatur causa, censeatur in illa causa delegatus? nu. 94.

Dictio, tanquã, est quãdoq; ueritatis expressiua. nu 95

Iurisdictio delegata quando nõ extinguatur morte delegantis uel delegati. nu. 96.

Pronomen, suum, quãdoq; nõ denotat proprietatẽ. 97.

Iurisdictio cõcessa a lege in dubio cẽsetur ordinaria 98

Iurisd. delegata cẽsetur odiosa, & ideò restringẽda 99.

Delegatus a lege ciuili an possit quascũque causas meri & mixti imperii delegare? nu. 100.

Equiparatio delegati principis, & delegati a lege an procedat. nu. 101.

Data an sit ordinaria iurisdictio uel delegata quomodo cognoscatur; remissiuè nu. 102.

Notarius quomodo possit per alium facere ex cã impedimenti remissiue. nu. 103.

Necessitatis causa multa conceduntur. nu. 104.

Argumẽtũ a cõtrario sensu, quõ sit summẽdũ? nu. 105

Lapsus Dec. uolentis hic nõ summi argumentum a contrario sensu. nu. 106.

Statuto disponente q. minor 12 annis non possit obligari sine certa solemnitate, nõ sequetur q. maior 15 annis possit obligari absolute. nu. 107.

In. c. Cum uirum de regula. Papa præsupponit argumentum a contrario sensu. cõtra Dec. nu. 108.

L. Cũ prætor ff. de. iud. malè uidetur intelligi per Dec. Declaratur aliter. nu. 109. 110.

Argumentũ a cõtrario sensu summeretur ex ui uerborũ in l. si. § filijs autẽ. C. de bon. quæ lib. nisi aliud repugnaret contra Dec. nu. 112.

Prætor an hẽret cognitionẽ causarũ criminaliũ? 113.

Lenones puniuntur pœna ultimi supplitij. nu. 114.

Per creationem alicuius particularis magistratus, non intelligitur derogatum iurisdictioni potestatis. 115

Quarè prætor tutores plebeios & libertos ob facta atrociora remittebat puniendos ad præfectum urbis numero 116.

Prætor ex causa potest nolle decernere administrationem tutori testamentario. nu. 117.

Quarè lex loquatur solùm de plebeio & liberto remittendo? nu. 118

Interdictum quod ui aut clam competit pro ui turbatius, & est restitutorium. 119.

Lex dicens nõ posse cognoscere nisi pretorem, non excludit proconsulem, nec præsidem. nu. 120.

Præfectus Vigilum habebat merum imperium quarti gradus. nu.121.

Duobus modis cognoscitur, secundum glo. quando causæ in priuilegium tribuantur. nu.122.

In materia iurisdictionis an procedat argumentum: cõceditur quod est plus etc. nu.123.

Glo. in uer. quæ uerò iure magistratus in prin. dum ale l. Cum prætor de iudi. malè loquitur. nu.124.

Authoritas interponenda in manumissionibus indistinctè non cõpetit magistratibus municipalibus, secundũ Fulg. sed reprobatur: & est contra cõm. nu.125

Minor xx. annus poterat esse Consul. nu.126.

Proconsuli statim urbe egresso et ante ingressum prouinciæ competebat iurisdictio uoluntaria, non sic eius legato nu.127.

Insinuatio testamentorũ an hodiè possit delegari? 128

Libellus recusatorius iudicis delegati coram quo debeat offerri, eo absente nu. 129.

Differunt magistratus municipales a defensoribus ciuitatum. nu. 130.

Magistratus municipales sunt etiam in ciuitatibus: qui sint: cuius authoritatis; et qui sint decuriones et qui defensores ciuitatum nu.131.

Defensores ciuitatum quibus magistratibus huius temporis equipararentur? nu.132.

Delegatus potest in integrum restituere tam maiores quam minores, nu.133.

Ratio præcedentis dispositionis tradita per Alexan. non uidetur tuta nu.134.

Fauorabilius est causas cognosci per maiores iudices. numero.135.

Vbi est casus legis nõ admittitur quæstio iuris. nu.136

Non admittitur delegatos esse uiliores magistratibus municipalibus nu. 137.

Legatus proconsulis poterat dare tutores ex speciali concessione principis nu.139.

Intellec. ad l. Nec qui quam § ubi decretum supra de offi. proconsul. nu.140.145.

Defensores ciuitatum de iure. C. non cognoscebant de causis ultra quinquaginta aureos.141

Causa libertatis & seruitutis delegari potest. nu.142

Seruus cõmunis manumissus quãti estimetur; et quanti seruus fugitiuus. nu.143.

L.i. §. suspecti. ff. ad turpil. quo casu procedat.144.

Retorquntio § Si uerò ignoti in auth. de testi. contra Alex. nu.146.

Quare l. nostra in prin. tres tantum species iuris scripti includat? nu.147.

Intellec Guid. de Suza. ad hanc l. nu.148.

L. secunda. C. de peda. iudi. in princip. uenit ad restrictionem regulæ permissiuæ de qua in l. nostra in uers Quæ uerò iure magistratus nu. 149.

Ratio an assignari possit quare magis indelegabiles esse debeant causæ mixti imperii quæ per decreti interpositionem expediuntur, quam illæ quæ diffinitiuam. nu.150.

Declaratio l. ii. C. de peda. iudi. noua & utilis nu.151.

Diuisio Bar. ad d. l. 2. nu.152

Medias causas de quibus in prin. d. l. 2 esse a terceetis an reis supra contra Bar. nu.153.

Intellec. Alcia. ad d. l. 2 et eius reprobatio. nu.154.

Impugnatio intel. Bar. & cõmunis ad d. l. 2. nu.155.

Magistratibus municipalibus concessa est solùm iurisdictio uoluntaria; et cõtentiosa in minimis. nu.156

Per d. l. 2. in prin. C. de peda. iudi. restringebatur facultas delegandi causas delegabiles quascunq;: etiam minimas. nu.157.

Causas medias delegari posse reseruata sententia, non probat. d. l. 2 nu.158.

Bar contradictio. nu.159.

Diuisio authoris ad d. l. 2 . nu.160.

Summarium d. l. 2. per authorem. nu.161.

L. 2. prædicta C. de peda. iud. in fi. dum prohibet delegationem causarum ingenuitatis, & libertinitatis, est noui iuris inductiua. nu.162.

L. non distinguemus. §. Iulia. supra de arbi. quomodo intelligenda? nu.163.

Nulla causa status cognosci poterat per minores magistratus.

Procurator Cæsaris particularis unius prouinciæ est clarissimus; sed generalis, qui Comes rerum priuatarum dicitur, est illustris. nu.165.

Resoluendo materiam delegationis considerantur sex diuersa iura. nu.166.

Ex eo q. cognitio causarum limitata esset minoribus magistratibus non sequitur q. omnes aliæ causæ censerentur concessæ in priuilegium maioribus magistratibus. nu.168.

De iure digestorum, & usque ad tẽpora l. ii. C. de peda. iudi. omnes causæ pecuniariæ simplicis iurisdictionis, erant delegabiles. nu.167.

Restrictio facultatis delegãdi per. §. Illud in auth. ut defuncti seu fune nu.169.

Reprobatur opi. Alex. nu.170.

De iure digestorum in casu absentiæ delegabantur absolutè causæ meri imperii etiam quo ad imponendam pœnam ultimi supplicij. nu.171.

Causæ simplicis iurisdictionis non eodem modo prohibentur hodiè delegari sicut causæ meri et mixti imperij: exceptis causis ingenuitatis, & libertinitatis & causis de quibus in l. 2. C. ne lic. poten. nu. 172.

Datio tutoris an sit mixti imperii? nu.173.

Priuatis non permittitur quod per magistratus expediri debet. nu.174.

Pater habet imperium in filios. nu.175.

Tribuni Plebis præhensionem & ius ducendi in uincula habebant: sed non ius uocandi absentem nu.176.

Datio tutoris an competeret magistratibus municipalibus de iure digestorum. nu.177.

Iussus differt a delegatione. nu.178.

Ius adeundi hereditatem delatam filiofa. residet in ipso filio. nume.179.

Iussus superioris non alterat iurisdictionem, sed excitat. nu.180.

Datio

Datio tutoris specialiter commissa est maioribus magistratibus.nu.182.

Intellec.legis.Nec mandante infra de tuto.& cura.da. ab iis etc.nu 182

Ablatiui absolutè positi faciunt conditionem. nu.183.

Liberè, uel simpliciter quando dicatur quid competere nu.184.

Datio tutoris an hodiè cōpetat iure magistratus? 183

Dictio unà, stat coniunctiuè.nu.186.

Dictio cum, posita inter personas coniungit æquè principaliter nu.287.

Declaratio.§.pe.insti.de actili.tuto.ibi,& nu.288.

Argumentum a cessante ratione.nu.189.

Dictio si, pro quando accipiatur? & de eius propria significatione.nu.190.

Dictio, si, pro quamuis.nu.191.198.

Testator potest haeredē exonerare a cautione de præstandis legatis conditionalibus uel in diem nu.192.

Cōditio, si diuerterit, reiicitur tanquam turpis nu.193

Argumentū à contrario sensu non sumitur, quando resultaret prauus intellectus.nu.194.

Dec.impugnat cōm.intellet.l.2.C.de cond.infer 195.

Intellec.Petr. ad d.l.ii.nu.196.

Conditionem apponens uult eam existere. Iure nō probatur nu 197.

Præmissa noua pro noua declaratione .d.l.2.nu. 199.

Conditio, si diuerteret, apposita a patre non censebatur turpis nu.200.

Diuortium filiæ non erat in potestate matris.nu.201.

Diuortium filiæfa.erat in potestate patris ex magna & iusta causa nu.202.

Pater poterat mittere nuncium repudii pro filia mentecapta, non ipsa nec curator nu.203.

Diuisio & summarium d.legis 2.C.de condi.infer numero.204.205.

Casus cū rationibus dubitandi et decidēdi ad d.l.ii.206

Argumentum a contrario sensu locum habet in legibus etiam conditionaliter loquentibus nu.207.

Argumentum a contrario sensu non summitur quando resultaret prauus intellectus.nu.208.

Id tamen nō probatur, nec in.l.ii.C.de condi.infer.nec in.l.Conuenticulam.C.de episcop. & cleri.nu. 209

Argumentum a contrario sensu non procedit quando resultaret legum correctio.nu.210.

Id tamen nō probatur in.l.nemo.C.de iur.om.iud.211

Iudex ordinarius iureci.nouo non potest recusari tanquam suspectus, ita q. de causa non possit cognoscere, sed datur ei adiunctus. secus de iure canon. 212

Argumentum a contrario sensu summitur in ll.etiam ad correctionem, quando uerba nihil operarentur in sensu directo nu.213.

Quomodo intelligatur legem esse nouam.nu.214.

Auth. discomissam.C.de epi. & cleri.non uidetur emanasse ad correctionem legis ullæ eo. tit. nu.215.

Argumentum a contrario sensu nunquam summitur quando quis ex eo indebitè damnum pateretur 216

Sufficit q. modicum operetur lex noua nu.217.

Argumentum a contrario sensu non procedit ubi sunt uerba implicatiua nu.218.

Dictio maximè, et dictio etiā, quomodo implicent 219

Argumentum a cōtrario sensu non procedit in uerbis narratiuis nu. 220.

Quando procedat in uerbis narratiuis nu.221.

Argumentum a contrario sensu an & quando procedat in uerbis modalibus nu.222.

In legatis, modus pro conditione habetur nu.223.

Argumentum a contrario sensu non summitur ex causa impulsiua nu.224.

Causa finalis quomodo discernatur ab impulsiua, remissiue nu.225.

Causæ finales quando sunt plures, una cessante, non cessat dispositio nu 226.

In feudis, cessante expressa dispositione iuris feudalis, recurritur ad ius cōm. & proceditur de similibus ad similia.227.

Feudum sicui concessum fuerit ea lege, ne alienet extra agnatos, uidetur a contrario sensu permissum alienare inter agnatos quamuis alias non essent feudi participes.nu.228.

Argumentum a contrario sensu non procedit in uerbis negatiuè prolatis.reprobatur nu.229.

Intel.l.Titia.§ fi.ff.de manu uindic.nu 230.

Argumentum a contrario sensu procedit in statutis non correctoriis nu.232.

Limitatur, quando statutum disponeret q. statuta non reciperent extraneum uel subauditum intellectum, sed reprobatur, nu.23 2.233.

Argumentum a contrario sensu an ueniat ex sensu & mente, an per interpretationem.nu.233.

Limitatio quando statutum disponit q. statuta intelligantur ad litteram, non uidetur uera.234.

Tertia limi.quando statuentes inciderent in penam, quomodo procedat nu.235.

Argumentum a contrario sensu non summi in statutis correctoriis, limitatur, quando statutum in sensu directo nihil operaretur nu.236.

Statuto Florentino q. non extantibus masculis filiæ fœminæ patri ab intestato succedant, ui argumenti a contrario sensu excludit fœminas extantibus masculis.nu.237.

Reprobatur decisio Roma in in cons. 399. nu. 238.

Argumentum a contrario sensu locum habet in ultimis uoluntatibus nu.239.

Arg.a contrario sensu procedit in contractibus 240.

Argumentum a contrario sensu an locum habeat in sententiis nu.241.

Iudex qui cōdemnauit in parte non intelligitur in alia parte absoluere 242.

Sententia est nulla si non sit lata super toto.nu.243.

Argumentum a contrario sensu locum habet in rescriptis nu.244.

Arg.a contrario sensu an procedat in mādatis? 245.

Causæ meri imperii possunt delegari in casu absentiæ etiam quo ad decisionem.246.

Delegatus in casu absentiæ potest, quando dilatio esset periculosa, imponere & exequi pœnam ultimi supplitij nu. 247.

Suffectus seu uicemgerens est ordinarius & omnia potest sicut is qui a principio fuerat constitutus ordinarius nu. 248.

Legatus proconsulis de omni crimine cognoscit: & de suspecto etiam pronunciat. hoc ultimum emendatur nu. 249. 251.

Leges. I. C. de offi. procons. noua ponderatio & inductio nu. 250.

Cognitio comprehendit decisionem nu. 25

Appellatione processus uenit sententia nu 253.

Causas meri imperij delegari de consuetudine an sit uerum? & quomodo? nu. 254.

Stilus curiæ non ualet contra ius comm nu. 255.

Causæ meri imperii possunt delegari in casu absentiæ necessariæ, nu. 256.

An idem in casu absentiæ probabilis? nu. 257.

Delegatus in casu absentiæ poterit iurisdictioné exercere paulò antè discessum, & paulò post reditum delegantis etc nu 258.

Statur assertioni iudicis q. proficiscatur ex causa necessaria nu. 259.

Delegari an possint causæ meri imperii propter infirmitatem sicut propter absentiam? plené discutitur. Communis q. sic nu. 260. cum pluri. seq.

Infirmitas & absentia æquiparantur. nu 261.

Ex idemptitate rationis fit extensio etiam in casibus a regula exceptis nu. 262.

Preses delegare potest causam meri imperii, in qua fuerat aduocatus nu. 263.

Doctor impeditus an possit uel debeat legere per substitutum? nu. 264.

Doctori impedito infirmitate debetur totum salarium nu. 265.

Taxatiuæ natura nu. 266.

Casus unus in quo non procedit regula legis cum pretor in prin. de iudi. nu. 267.

Delegatus principis minus delegare potest quàm ordinarius nu 268.

An iudex propter infirmitatem suorum delegare possit sicut propter suam? nu. 269.

Delegari nõ possunt causæ meri imperii propter multas occupationes nu. 270.

Nec etiam si multitudine causarum criminalium prematur contra Bar. nu. 271.

An præside reuersò statim spiret iurisdictio delegati nu. 272.

Restitutio dotis facta in casu legis si constante, sol. ma. non retractatur superuenientibus uiro diuitiis. nume. 273.

Propter necessitatem licitum est furari pro uictu quotidiano nu. 274.

L. Maritus C. de procura. quomodo procedat, numero. 275.

Legis cum pretor in prin. de iudi. declaratio & limitationes nu. 109. 110. 267. & 276.

Ea tantum ueniunt in generali concessione quæ particulariter concedi possunt nu. 277.

An in generali delegatione ueniant causæ meri imperij? nu. 278.

An et quando ea quæ non possunt particulariter transferri, transferuntur cum uniuersitate? plene nu. 279

Delegatus principis potest subdelegare causam meri imperii aliàs indelegabilem: secundum cõm. opin. numero. 28.

AD cuius deuidentiam præmittendum est primo una cum Bart. Ias. & Dec. quot sint magistratuum ordines? Glo. hic in uer. tribuantur, quatuor esse dicit: illustrem, spectabilem, clarissimum, & simplicem magistratum, glo. in. l. qui indignus, supra de sena. & in lege præcipimus in prin. C. de appel. quatuor esse dicit super illustrem, siue principem: & reliquos tres, omisso simplici magistratu. Quare non rectè aduertit Dec. hic præsuponens glos. præallegatas ponere quatuor gradus eodem modo quo glos. hic: & accipere gradum illustrem pro superiore. Glo. uerò in auth. ut ab illu. & qui super eā dign. sunt, in uer. post magnificentissimos, quinq; ponit ordines: superillustrem: & alios quatuor prædictos, ponitq; exempla omnium excepto primo. Sic etiā gl. in §. In summa in uer. illustres insti. de iniuri.

Bar. quatuor enumerat, prout gl. hic: sed ultimum appellat infimum: ut magistratus municipales. Et ex iis quæ paulò inferius subiicit, dum notat magistratus municipales cognoscere de leuibus causis, & alle. §. Et iudicare, & §. audient in auth. de defenso. ciui. & doc. tacite pertranseunt, patet q; pro eodem ponit magistratum municipalem, & defensorem ciuitatis. & malè: ut patet ex diuersitate titulorum: ex. l. 2. C. de defenso. ciui. iuncta. l. honores §. is qui ff. de decuri. & per. l. fi. C. de iudi. Idque latius explicaui aliàs. ī. in gl. in uer. quæ uerò iure magistratus. Subdit Bart. enumerari quintum ordinē superillustrem per gl. in auth. ut ab illustri, in quo ipse Bart. ponit. papā & Imperatorem. Et quamuis dicat tribus primis gradibus scilicet illustri, spectabili, & clarissimo competere ea quæ sunt meri & mixti imperii, & sic uideatur principem excludere; dici tamen potest aliam mentionem non fecisse de principe, cum de ipso dubitari non posset. & sic defendentur doc. dicentes Bar. hic ponere quinque ordines. Potest etiam dici q; Bar. quatuor tantum, posuerit ordines prout in gl. nostra hic licet referar aliam glo. ponentem quintum: & declaret illum quintum ordinem secundum aliam glos. in. d. l. præcipimus.

Guil. de Cun. ut refert Dec. post Alexan. tenuit tres tantum dari magistratuum ordines, per §. Illud etiā in. tertio in auth. de appella. & intra que tempora, ubi dicitur magistratuum; alios maiores, alios medios, alios minores esse.

Dec. respondet medios appellari omnes qui includuntur inter duo extrema.

Non uidetur sufficiens hæc solutio: quia ibi de tribus tantum gradibus agitur. clarissimo: spectabili & illustri. & cōsequenter clarissimos appelat inferiores. quod aduertit Cur. iun. hic. nu. 3. Dicebam q; prius promisum erat per. l. Imperatores. ff. de appel. q; ab imo ordine & sic ab inferioribus magistratibus ut sunt de-

fensores ciuitatum appellaretur ad presides. & contra hoc nō erat aliud prouidendum.

Non est ergo dubium quatuor esse magistratuum ordines, ut dicit glo. hic: Sed dubium est an detur quintus ordo magistratus super illustris?

3 Dec. hic nu.1. dicit non esse recedendum a cōmuni opi. ꝙ sint quinque gradus: prout firmat Alexā. hic nu.18. & in rubr. j. titu.2. sub nu.4. & hanc esse comm. tradit Curt. iun. hic seu attestatur, nu.2. Pro hac parte affirmatiua communi.

Primo secundum Dec. l. si quando. C. de appel. ibi, siue illustri dignitate decorentur, siue etiam maiore.

Secundo §. In summa insti. de in iur. ibi, illustres quique super eos sunt.

Tertio rubr. in auth. Vt ab illu. & qui super eam digni. etc.

Respondet Curt. iun. sub num.3. post Rimin. dari plures gradus i eo. ordine. l.2. C. ut digni. or. ser. lib. xii Sic respondetur ad omnia supra alle. in contrarium. Et ulterius ad §. In summa, ꝙ refert dispositionē legis si. C. de iniur. quæ loquitur de illustribus militantibus, uel sine cingulo: & sic de illustri cum administratione & sine. sic etiam loquitur ti. ut ab illustri. Preterea nigrum ibi loquitur solum de illustribus & rub. etiam, secundum interpretationem Aloandri: nam e greco in latinū uersæ fuerunt authenticæ. Nec ob. quod de patritiatus dignitate dicitur. in. l. nemini. C. de consuli. lib. xii. & . j. exemplificando gradum superillustrem, quia nos loquimur de ordinibus magistratuum, non de dignitatibus simpliciter.

Pro parte negatiua cōtra comm.

Primo secundum Alcia. libr. tertio dispunc. cap.4. quia præfectus urbi tenet secundū ordinem autoritate Ausonii. hunc autem præfectum, ait Alcia. esse spectabilē. Miror de Alcia. quia præfectus urbi illustris est: ut per doc. hic. Posset ergo retorqueri argumentum.

Potest intelligi Auson. ꝙ secundū locum obtineret inter illustres: & sic 4 post præfectum pretorio. Subdebat etiam Alcia. dari gradum perfectissimatus, de quo in. l. i. C. de perfectissim. dign. lib. xii. & doc. hic talē gradum omiserunt. Respondebam hic non agi simpliciter de dignitatibus, sed de ordine magistratuum: alioqui & de equestri dignitate fuisset dicendum, de qua in. l. i. C. de eques. dig. libr. xii. post quam ponitur dignitas perfectissimatus in titu. immediatè seq. Et ad inscriptionem illam, Macrinus V PPP. Tar. respondebam ꝙ illa dignitas perfectissimatus inerat personæ, non magistratui: ut in simili in. l. si quando. C. de appel.

Secundo: ex Dec. Primus est quē nemo præcedit § discipuli in prohe. digestorum, sed gradus illustris primum obtinet locū supraalleg. l.2. C. ut digni. or. ser. ergo etc.

Respondebā per. l. nemini in prin. C. de consuli. lib. xii. Replicabam tamen ut supra in rationibus ad argumenta partis affirmatiuæ.

Tertio Præfectus prætorio primū tenet ordinem inter magistratus. l. i. supra de offic. præfec. præto. l. ii §. quod ad magistratus attinet, supra de orig. iur. cum aliis. j. adducendis in exemplis. Accedat ordo titulorū in lib. C. ut. C. de offi. præfec. præto. orien.

Xaff.ma. l. ult. § fin. C. de sportulis.

5 orien. & ibi gl. rubr. Et licet in uol. ff. præponatur titulus de senat. & de offi. consu. ad sit ratione antiquitatis, nõ enim tempore compilationis habebant amplius imperium prout olim: ut latius. j. suo loco explicabo. Sed præfectus prætorio est solũ illustris ut hic per doc. cõmuniter: & probatur aperte in. l. præcipimus in prĩ. C. de appel. ergo non datur ordo magistratus superillustris nisi esset ipse princeps.

Quarto gradatim de iureci. appel
6 latur §. fin. in auth. de appella. et intra quæ etc. A sententia illustris magistratus a quo possit appellari, appellatur ad Imperium, & nõ ad aliũ l. precipimus supralle. in §. pe. Ergo non datur ordo super illustris magistratus, nisi sit ipse princeps. Nec ob. gl. in uer. antiquo in. d. §. fi. quæ uult d. l. precipimus in §. pe. corrigi per d. auth. quia male loquitur ut per Cur
7 iun. hic nu. quarto. & cõtra d. l. præcipimus in fi. & uerba. d. §. fi. antiquo more debent intelligi secundũ d. l. præcipimus quæ fuit Theod. & Valentini.

Concludendum igitur mihi uidetur non dari ordinem superillustris
8 magratus, nisi sit ipse princeps. Et ꝙ in illo ordine sit ipse princeps uoluit glo. in d. l. præcipimus, & Bart. hic: Bal. in c. Cum accessissent de const. quẽ refert & sequitur Alex. in rub. ti. secundi j. sub nu. 4. licet ipsemet Alex. hic nu. 18. dixerit papam nec Imp. non esse de aliquo ex dictis quinq; gradibus. Alii etiam tenuerũt opi. d. glo. Bar. & Bal. quos citat Ias. hic nu. 3. Sed ipse nu. quarto adheret contrariæ opinioni, & sic ꝙ princeps non comprehendatur in tali gradu. De hoc j.

Videndum est circa predicta An Illustrissimus & superillustris idẽ importent: Ias. hic nu. 2. relinquit cogitandum. Deci. nu. 2. tenet ꝙ sic. Curt. iun. nu. 7. contrarium uult. Pro affirmatiua quam tenet Dec. Primo. l. ubi autem in prin. ff. de uer. obli. ibi at cum optimum quisque stipulatur id stipulari intelligitur cuius bonitas principalem gradũ bonitatis habet. Secundo. l. 2. cum gl. in uer. amplissimis. C. de sportul. ubi secundũ gl. amplissimos iudices appellat super illustres: cum de illustribus dixisset.

Pro parte negatiua, tex. in præalleg. §. fi. in auth. de appella. ibi, sed illustrissimam præfecturam: in. l. fi. in §. Viros autẽ. C. ubi sena. uel clariss. ibi, & illustrissimæ urbicariæ præfecturæ. l. defensores in princ. l. ulti. C. de defenso. ciui. ibi ad illustrissimam prætorianam potestatem.

9 Dec. respondet ꝙ in dictis iuribus superlatiuum accipitur pro positiuo, sicut in §. pe. insti. de loca. iuncta gl. ibi in uer. diligentissimus. quasi uelit ꝙ cum præfectus siuẽ prætorio, siue urbi, solum sit illustris, constet ex hoc ꝙ in dictis iuribus superlatiuum accipiatur pro positiuo: sed si essemus in casu in quo superlatiuũ staret in sua uera significatione, non esset differentia inter illustrissimũ, & super illustrem, per. d. l. ubi autem & præalle. l. fi §. uiros autem. Et ad ista non respondet Curt. iun.

Dicebam in ordine illustrium dari quinq; gradus, quorum supremũ tenent præfectus prætorio, & præfectus urbi in administratione existentes præalleg. l. 2. C. ut dig. or. ser.

licet hodie exequata sit dignitas dictorum præfectorum, & magistri militum, & præpositorum sacri cubiculi ut in titu. C. de præfec. prætot. siue urb. etc. in rub. & nigro, & in l. i. C. de præpo. Sacr. cubicu. libr. xii. Dicuntur ergo illustrisimi quia obtinent supremum gradum inter illustres & in ordine illustrium, & sic non obstat adducta per Dec. Et ad. l. 2. cum glo. C. de spor. respondetur etiam aliter: q utitur uerbo amplissimis: nec recte exponit glos. i. superillustribus, quia de amplissimis iudicibus loquitur: & ii tempore illius. l. erant præfecti prætorio; non senatores, nõ consules: qui amplius non ueniebãt appellatione iudicum. Nec ob. q in illa. l. dictum fuisset de illustribus, per ea quæ supra proxime dixi. & quia questores, & Comites rerũ priuatarum sunt illustres, inferiores tamen.

Videtur ergo concludendum q si datur ordo superillustris, non importent idem illustrissimus & superillustris. Sed illustrissimus supremũ obtineat gradum in ordine illustriũ.

10 Videndum est etiam, concesso q detur ordo magistratus superillustris, An papa & Imperator comprehendantur in isto ordine: Bar. hic in prin. Bald. & Roma. tenent q sic, idẽ uoluerunt Spec. Ab. in locis hic alleg. per Alex. nu. 27. gl. & Ang. in. l. præcipimus in princip. C. de appel. Dec. hic sub nu. 4. usque ad 6.

Contrariam opi. amplectuntur. Cy. Ray. Io. and. Alberi. Fulg. quos sequuntur Alexã. hic in quinta col. nu. 18. Rimin. col. quinta nu. Iaf. col. i. nu. 4. Claud. de Seisel in secunda col. Curt. iun. nu. 5. & 6.

Pro hac opi. negatiua quæ magis cõmunis dicitur contra Bar. adducũtur. l. de præcatio. ỹ. ad. l. rhodiam de iactu. ibi, ego quidem mundi dominus. c. proposuit de concef. præben. ibi, possumus supra ius dispensare. l. i. in prin. ỹ. ad. l. iul. de ambi. ibi, ad curam principis magistratuum creatio pertinet §. fi. in auten. de consuli. ibi, omnibus a nobis dictis Imperatoris excipiatur Fortuna, cui & ipsas leges Deus subiecit. Et quia stipes non facit gradum, glo. in uers. Stipite. in. c. quod dilectio de consangui, & affi. & quia differentia debet esse inter dantem & accipientem. c. fi. de insti. & quia unus non facit numerũ licet sit principiũ numeri. l. siquis ante §. si quis iũcta gl. ỹ. de acqui. poss. facit. c. In apibus. 7. q. i. ibi, Imp. unus c. Cuncta per mundũ 9. q. 3 § f. in auth. de appel. & intra quæ etc. l. Nemini in prin. C. de consuli. lib. xii. quod dixit Bal. in. l. i. in pri. quis dica. dux, marc. etc. in usi. feud. scilicet omnes dignitates a principe profluere tanquam a fonte.

Et hæc opi. magis cõm. uidetur & uerior, declarando ut per Alexã. hic nu. 18. q princeps diei posit superillustris cum sit super omnes gradus etiam superillustrium.

Nec ratio in contrarium assignata per Deci. nu. 5. uidetur efficax, imo confundi ex uerbis suis. eã enim assignat rationẽ, quia superillustris nõ designat gradum in specie: cum tamen superius dixisset quinque esse magistratuum ordines, quorum primum ponebat superillustrem. Ad. l. ius senatorum. C. de digni. lib. xii ibi in quo nos quoque ipsos numeramus: & ad. l. quisquis in princ. C. ad

C.ad.l.iul. ma. & ad.l.i.ff.de mi .testa. responderi potest ut.ff.proxime in exemplo senatorum. Ad alia quæ dicit Dec.facilis est responsio.

11 Consideraui nunc posse opi. prædictas concordari, q.s.opi.gl.& Bar. defendi possit quãdo consideramus principem tanquã iudicem appellationis cum ab illustri ad ipsum principem appelletur.l.præcipimus § pe. C.de appel. & gradatim fiat appellatio.d.l.præcipimus.& §.fi.in auth.de appel. & intra quæ etc. sed extra hũc casum,procedat opi.contraria.facit c. A collatione de appel.lib.6.

Videamus nunc exempla cuiuslibet gradus magistratuum.

In primo ordine superillustrium, ponit Ias.nu.3.4.5.senatores.cõsules. Dictatores: & Patritios, Papam.n. & Imp.exclusit.Hanc opi.tenuit Alberi.in.l.qui indignus supra de sena. & in.l.Imp.col.7.ff.de iur.om.iudi.

12 De senatoribus probat Iaso.quia principi equiparãtur.l.i §.de qua autem.ff.de postul.ibi, de ea restitutione sensum, quam princeps uel senatus indulxit.Et glo.not.ibi senatum equiparari principi,adducens tex.cõcor. in.l.quominus.ff.de flumi. cum glos. ubi solus princeps aut senatus uetare potest duci aquam, e flumine publico.l.non ambigitur supra de legi. Non ambigitur, inquit,senatum ius facere posse, & ibi glo.l.i §.sciendum.ff.a qui.appel.non lic. cum glo. ubi nõ potest appellari a senatu etiã ad principem. tradit Alberi. in rubr. supra de senato. ubi tamen omittit potestatẽ faciẽdi ius,& Ia.hic omittit quartum.s.q non appelletur a senatu.Alleg.etiam Ias.l.fi.in.fi. supra de sena.ibi,senatores autem accipiendũ est eos esse qui a patritiis & consularibus usque ad omnes illustres uiros descendunt. qui tex.non probat intẽtionem Ias.etiam citra responsionem Bal.quã refert Curt.iun.hic sub nu.9.

Dec.hic sub nu.6.contra: quia licet in pluribus senatus equipatetur principi, tamen absolute non uideatur totus ordo senatorum equipatandus principi.nam,secundum Bart.in d.l.non ambigitur,senatus nõ potest concedere ueniam ætatis: nec interponere auth.arrogationi: quia princeps ista sibi reseruauit.l. 2.C.de iis qui ueni.æta.& insti. de adop §.i. Cõcludit ergo Dec.senatores nõ esse superillustres: sed solum illustres.probat per.l.quisquis.C.ad.l.iul. maie. ubi,secundum eum,illustres appellãtur(quod nego) dicit.n.ibi tex.de nece etiam uirorum illustrium qui con siliis, & consistorio nostro intersunt: Senatorum etiã nam & ipsi pars corporis nostri sunt, uel cuiuslibet postremo qui nobis militat. Non appellat ergo ibi senatores illustres, sed eos qui consiliis etc. Et no.ibi senatorum etiam etc. nam implicatiua implicat casum minus dubitabilem & supponit magis dubitabilem, & sic maior dubitatio erat de senatoribus. alleg.etiam Dec.l. decurionibus.C. de silentia.lib. xii.ibi, inter uiros illustres senatores: & ibi no.glo.senatores esse illustres: sed ibi & in.l.i.illius titul.illustris largo modo accipitur, prout in.l.i.C.de præpo.labo.lib.xii quod patet: quia titulus de silentia, est positus post titu.de comi.cõsisto. quos constat solum esse spectabiles. Sic etiam respondetur ad.l.fi.C.de tutor.uel curator.illustr.uel clarissima. personar. ibi, ad illustrium se-

natorum; ac etiam ꝙ intelligi posset de senatoribus qui alio iure essent illustres, prout habetur in simili in.l.si quando.C.de appel.Nec obstare ait Dec.ꝙ.Imp.ipse in senatorum numero se ascribat.l.Ius senatorum.C.de digni.lib.12.quia respondet prout de episcopo eodemq; canonico dicitur in.c.A,collatione de appel.lib.sexto Sed ista solutio non satisfaciebat,cũ
13 episcopus ĩ casu prædicto sedeat post Archidiaconum ut dicit ibi gl. & Domini.in pe.col.circa fi.ubi declarat ꝙ quando episcopus sedet in capitulo tanquã canonicus debet eo loco sedere quo sederet si non esset superior. sequitur ipse Dec.in consilio 161. Pro domino præposito: in prin.Imper.autem semper supremum tenet locum, & altius sedet etiam quam rex romanorum,& ponit se Imperator in numero senatorum tanquam caput,ut pbat tex.iuncta.gl.in.d.l. quisquis,ibi pars corporis nostri sũt. simili etiam modo connumerat se inter milites in.l.i.§.de testam.mili.ibi commilitones etc.

Nec obstare inquit Dec.ꝙ licet senatores appellentur illustres,non excludatur quin etiam super illustres sint per.l.Cum furti.§.de in lit.iur.respondet.n.ꝙ hoc procederet si cõstaret aliunde senarores esse super illustres.

Aduertendum Ias.non loqui de senatoribus tanquã de singulis sed de cetu senatorum: et sic de ipso senatu ut patet per iura per eum alle.Caue quia alle.l.fi.supra de sena.& sic confundit:& omnia per Dec.adducta excepto loco Bart.in.l.non ambigitur, loquũtur de senatoribus ut de singulis:singuli autem nullã habebant potestatem.nec ualet consequẽtia,senatus non potest omnia quæ princeps ergo non est superillustris: nam patritius de quo in.l.nemini .C. de consu. lib. xii. secundum ipsummet Dec. est superillustris, & tamen nõ potest ea quæ princeps.

Sed nec adducta per Ias.cõcludũt: quia comitibus cõsistorianis fere oĩa prædicta conceduntur,& tamen non sunt plus quam spectabiles. Et quo ad.l.non ambigitur glos.ibi tenet ꝙ hodie non procedat. Et tamen & le-
14 gatus papæ potest facere legem perpetuo duraturam.c.fi.de offi.lega.& præfectus prætorio. l.Normam. C. de offi.præfec.præto.orien.& ab eius sententia nõ appellatur.l.i.ff.de offi. præfec.preto.

Dicebam, quatuor temporibus diuersis, regendi modos romæ fuisse primum per reges.l.ii.in prin supra de orig.iur. secundum per populum exactis regibus.d.l.ii §.exactis:tertiũ per optimates seu senatores, ea.l.ii §. Deinde quia difficile:quartũ per Imperatores ea.l.secunda §.nouissime. Si cõsideremus senatum secundum tertium tempus quo princeps erat, saltem eo tempore quo plura regna subditione senatus uenerant dici posset superillustris: prout etiam hodie senatus Venetus,qui nullum reco-
15 gnoscit superiorem,& amplissimum habet imperiũ,& plura regna, ut Cypri & Cretæ,quam Candiam appellant.Fateor tamẽ ꝙ illis temporibus non erat in usu nomen,illustris,& superillustris ad denotandum certum ordinem, sed amplissimus ordo appellabatur senatus:& ꝙ non debuisset

ſet numerari in ordine ſicut nec Imp. Si uero' conſideremus ſenatum ſecũ dum quartum tempus Imperatorũ, præſupoſito ꝙ detur gradus ſuperilluſtris in quo non compræhendatur Imp. ſecundum magis comm. opi. & erit dicendum ſenatum dici potuiſſe ſuperilluſtrem quia in eo etiã ſuperilluſtres reperiebantur ut patritiatus dignitatem nouam habentes. & Iuſtin. ſcribens ad ſenatum in tertia cõſti. C. in fi. Sanctiſsimos & florentiſſimos patres ipſos ſenatores appellat. Imp. autẽ noſter Carolus V. ſcribens ſenatui mediolanenſi, dicit: Venerabilibus: ſpectabilibus: clariſsimis, referendo ad epiſcopos: ad Comites, & ad alios. non ut cõparare ue lim ſenatũ mediolanenſem, romano.

15 Si uero' conſideremus ſenatores tanquam ſingulos, non dicuntur ſuperilluſtres, nec illuſtres, ſed tantum clariſsimi, ſi aliter dignitatẽ illuſtrẽ non fuerint conſequuti. Simile ſeruatur Venetiis, ubi ſenatus appellatur illuſtriſsimus, ſinguli uero' ſenatores clariſsimi. Et ꝙ ſenatorum dignitas ut ſingulorum eſſet clariſsimatus eſt text. in. l. ii. C. de dome. & protec. libr. 12. ubi primicerius domeſticorũ ſpectabili fruitur dignitate, alii uero' domeſtici decẽ primi in ordine cõſulari. i. clariſsimatus (inquit tex.) fruantur dignitate. Conſularis. n. uir dicitur qui fuit conſul: ſic dignitas conſularis. non autem intelligi poteſt de dignitate conſulatus: quia longe' maior eſt, ut. ĩ. dicetur. Conſtat autem conſularem uirum ſenatorem eſſe cũ geſſerit cõſulatum. Nec poteſt reſpõderi ad. d. l. 2. ꝙ titulus clariſsimatus ſit generalis, & adaptabilis ad omnes gradus, quia, licet hoc uerum ſit in ſe tamen in. d. l. ii. ſpecialiter fit mentio de dignitate clariſsimatus quæ eſt infra ſpectabilitatem. Ad idem tex. in. l. 1. C. de præpo. labo. lib. 12. ubi clariſſimatus dignitas appellatur conſularis & in. l. iii. C. de proxi. ſacr. ſcrin. cũ glo. & l. ſi ſenator. C. de digni. eo. lib. facit tex. in. l. fœminæ ſupra de ſenat. ibi clariſsimarũ fœminarũ noĩe ueniũt filiæ & uxores ſenatorum. Nec ob. ꝙ ibi dicatur, dum ſenatori nupta eſt uel clariſsimo: qa diſiũctiua uel, nõ ponitur inqt clariſsimus nõ ſit ſenator, cum proxime' dixiſſet ſenatorum filias uel uxores eſſe clariſsimas ſed quia alii poſſunt eſſe clariſsimi licet non ſint ſenatores: ut preſides, & ii quibus dignitas clariſsimatus cõceſſa ſit. & eodem modo reſponde ad rub. C. ubi ſena. uel clariſsi. uel etiam ꝙ in illa rubr. clariſsimi, accipiantur pro generali nomine etc.

17 Facit etiamꝙ romæ antiquitus tres rantum erant ordines: ſenatorius, equeſtris, & plebeius, ut apud Liuiũ & alios antiquos ſcriptores. & tradit Bud in. l. ſi. ſupra de ſena. Sed equeſtris dignitas ſecundum tenet gradũ poſt dignitatem clariſsimatus. l. unica. C. de eques. digni, lib. 12. ergo ſenatoris ſeu conſularis dignitas, erat clariſsimatus, & glo. ibi in uerſ. clariſsimatus, exponit. i. cõſulatus per. d. l. ii C. de domeſti. & protecto. ſed debebat dicere conſularis. & ꝙ conſulares eſſent ſenatores probat tex. in. l. ſi. ſupra de ſenato. ſed ꝙ cõſulares eſſent illuſtres uidetur text. in. l. ſi quando. C. de appellatio.

18 De ſenatoribus ꝙ fuerint electi a Romulo, a quibus geniti patritii appellabantur, ꝗꝙ alii ſenatores a ſequentibus regibus, cõſulibus, cen

foribus, imperatoribus additi, scribit Fenestel. in lib. de rom. magistra. titu. de senatorum origine: & ibi etiam de pedariis senatoribus, quos Aulus gellius lib. 3. noctium atticarum c. 18 declarat, non eo dictos esse quod in alienam sententiā pedibus irent, sed quia nondum maioribus honoribus functi, non curru uehi soliti, pedibus in curiam irent. Et de his omnibus Bude. late in d. l. fi. de senato. ubi opin. Gellii uidetur impugnare: & explicat, quare appellati fuerint maiorum minorūq; gentiū: & quod senatus ex centenario ducenarius a Tarquinio prisco factus fuit: & de aliis ad materiā senatus & senatorum pertinentibus.

19 Secundo de consulibus uidendū est. Ias. dicit esse superillustres Dec. negat. Partem affirmatiuā tenet glo. in l. fin. in uer. urbicariae. C. ubi sena. uel claris. Spec. in ti. de iuris. om. iud. circa prin. Alber. in rub. supra de consul. & in l. Imperium ī septima col. ff. de iuris. om. iudi. Fulg. hic in secūda col. & Odofre. prout refert Dec. hic, in rub. supra de offi. praefc. preto. Adducitur text. in l. 2. in §. exactis supra de orig. iur. ibi, in locum regum constituti sunt.

Negatiuam tenet glo. in l. i. C. de digni. lib. xii. & in rubr. supra de offi. cōsul. &, ut refert Dec. Iac. rebuf. in l. i. C. de comi. re. mili. lib. 12. Aduerte tamen quod glo. proxime alle. dicunt esse illustres: non tamen negant esse superillustres.

Glos. in auth. ut ab illa, in uers. post magnificentissimos, dicit esse spectabiles tantum.

Dec. hic eam sequitur opi. quod sint illustres tantū; nec alle. d. ulti. gl. Iust. C. de Iust. C. confir. ibi, consulatum Decii uiri clarissimi, uidetur appellare consulem clarissimum. Sed potest dici, clarissimū, ibi accipi pro termino generali adaptabili ad omnes dignitates, uel pro dignitate propria personae.

Ad §. exactis, respondet Dec. quod inquit, ne consules per omnia regiam potestatem uendicarent: ergo nō erāt pares regibus. Dicebam quod nec reges dici poterant superillustres, cum ultra xviii. milliaria non extenderetur eorum territorium.

Videntur illustres per. l. nemini. C. de consul. libr. xii ubi a consulatu ascenditur ad patritiatum: nec potest quis ad ordinem patritiatus promoueri nisi prius fuerit consul, aut praefectus praetorio, aut praefectus urbi. Cum ergo patritius de quo ibi sit superillustris, & a consulatu ascendatur ad patritiatum, sequitur cōsulem non esse superillustrem, sed illustrem tantum. Et hanc opi. licet ista non adducat, sequitur Curt. iun. hic nu. 9.

Posset dici quod respectu temporis quo omnis potestas erat apud senatū consules appellari possent superillustres, cum essent praepositi & caput senatus: prout supra circa senatum dictum fuit, licet consules non haberēt absolutam potestatem prout habebat senatus; tempore uero Imperatorum non essent plus quam illustres per. d. l. Nemini, & rationem quae ex ea dicitur.

20 Tertio, dictator posset dici superillustris considerato tēpore quo rom. respublica quā pluribus imperabat prouinciis & regnis eum supremam & omnimodam ac absolutam haberet potestatem. d. l. ii §. exactis, el secondo, supra de orig iur. & Fenestella in libr. de rom. magistra. prout supra

de senatu dictum fuit.

21 Dec. hic dormitauit, dicens praefectum praetorio equiparari dictatori per. l. i. supra de offi. praefec. praeto. nã equiparatur ibi magistro militũ qui erat sub dictatore: & tribuno celerũ qui erat sub rege, ut apud Fenestellam & alios.

22 Quarto de patritiis probatur in d. l. nemini. C. de consul. lib. 12. & in §. Filiusfam. insti. qui. mo. ius pa. pote. solui. & in. l. i. & fi. ti. supra alle. de consul. Intelligendo de noua patritiatus dignitate introducta per Imp. cuius nulla apud antiquiores scriptores fit mentio teste Bud. in anno. ad. l. fi. de sena. Non tamẽ cõstituit patritiatus ordinem magistratus, sed dignitatis.

Sequitur secundus ordo illustriũ, in quo Ias. v.iiii. Dec. x. comprahendit qualitates personarum. Et quoniam quarto loco Dec. ponit consules & senatores, de quibus supra dictum fuit, iis omissis, de aliis uidendum est, & supplendum iis in quibus ipsi defecerunt, Ias. n. omittit praefectos sacri cubiculi, & magistros equitum & peditũ. Dec. uero omittit magistros equitum & peditum.

23 Sunt igitur illustres Praefecti praetorio: Praefectus urbi: Praefecti sacri cubiculi: Magistri equitum & peditum. Et hodie omnes praedicti sunt aequalis dignitatis, adeo ꝙ inter eos sola temporis praerogatiua attenditur, et deposito officio. l. i. C. de praefec. praeto. siue urbi, & magi. mili. in dign. exequan. quae fuit Valenti. & l. i. C. de praefec. sacr. cubi. etc. lib. 12. quae fuit Archa. & Honor.

De prefecto praetorio ꝙ sit illustris est tex. in. l. precipimus in prin. C. de appella. ibi uirum illustrem praefectum pretorio qui in nostro est comitatu. & patet ꝙ proprie loquitur, cũ gradatim fiat appellatio: & a spectabilibus appellatur ad ipsum etiam ad questorem: & in §. fi. in auth. de appel. & intra quae etc. ibi. sed illustris. praefecturam: gl. in rub. supra de offic. prefec. praeto. l. pe. C. de offi. praeec. praeto. orien. & illir. ibi illustris est cognitio praefecturae. l. defensores la quarta. C. de defenso. ciui.

De praefecto urbi est tex. in. l. quicquid. C. de aduo. diuers. iudici. ibi illustris urbicaria praefectura. l. uiros. C. de pala. sacra. largi. ibi apud uirũ illustrem praefectum urbis libr. xii. glo. in rub. supra de offi. praefec. urb. & in. l. fi. in uer. urbicariae. C. ubi sen. uel clarissi.

De praefectis sacri cubiculi est tex. in. l. fi. C. de praefec. sacr. cubi. lib. xii.

De magistris equitum seu militum, est text. in. l. i. & in. l. fin. in praescriptione. C. de offic. magi. milit. & in. l. defensores la quarta. C. de defenso. ciui.

24 Operepretium duxi, antequam ad ulteriora procedamus, inuestigare qualia sint dicta officia. Praefecti praetorio officiũ, ut inquit Fenestella in libr. de rom. magi. & I. C. in. l. 2. §. quod ad magistratus attinet, supra de orig. iur. erat fere tale apud Imperatorem, quale olim tribuni celerum apud regem, & magistri militũ apud dictatorem. Praeerat tribunus celerũ equitibus & secũdum locum post regem obtinebat: similiter magister equitum, & secundum locum post dictatorem habebat. Sic & praefectus praetorio Caesari iungebatur. Idem dicit I. C. in. l. i. supra de offi. praefec. praeto. praeterquam de tribuno cele-

rum de quo nihil. In uolumine. C. duplicẽ habemus tit. de offi. præfec. prætorio. s. de præfec. præt. orië. & illir. & de præfe. præto. Aphri. ex quibus tamẽ nihil aliud dici potest nisi quod amplissimã haberẽt auth. in prouinciis sibi cõmissis uices ipsius cæsares gerentes: adeo'q; nec prouocari poterat ab eis: & legem in prouinciis sibi creditis cõdere poterant. Tertius præfectus prætorio Aphricæ. institutus fuit a Iustiniano post Aphricam a Vandalis ereptam & uendicatam.

Alex. ab Alexandro genialium dierum libr. 4. c. 23. ait quod etiam, absente cæsare, uicẽ eius gerebat præfectus prætorio: & ex longo interuallo fuisse a cæsaribus institutum ut senator præfectus prætorio esse non posset. cum que de senatu amplius non eligeretur propter suspitionem, statutũ fuisse ut de numero prætorum sorte eligeretur: cui dum assummebatur, princeps gladium accingebat pro imperio ac potestate: cumq; antea unus foret cõmodus Imp. ad diminuendã eius potentiam, duos esse uoluit: & postea tres: Seuerũq; Imp. præfectos prætorio senatores esse iussisse præfectus prætorio cum in senatores omnimodam haberent potestatem siue iurisdictionem: ne non senator de senatore iudicaret. Heliogabalũ adeo præfecturam inquinasse ut etiam saltatorem & histrionicam professum præfectum pretorio faceret:

Bud. in tit. supra de offi. præfec. prætorio secunda pagina, a cohorte prætoria credit fuisse sic appellatum. Ego uero quia prætorio imperatoris i. palatio præerat & aulæ. quod & ipse Bud. tandem concedere uidetur. Vnde, secundum eum, præfectus prætorio hodie dici potest qui magnus magister hospitii seu domus dicit. quod uerum est.

Et aduertendum quod quatuor præfectorum prætorio mentionem habemus in. C. s. oriẽtis: Illirici: Aphri, de quibus habemus proprios titulos: itẽ præfecti prætorio comitatus cæsaris de quo in duobus locis fit mentio in. l. præcipimus. C. de appell.

Prefectus ergo prætorio proprie is est, quem maiorẽ magistrum domus imperatoris appellant. est autem nũc Dux Albæ Hispanus præfectus pretorio. s. comitatus cæsaris. Non tamen tantam habet potestatem sicut a principio quia præerat & aulæ cæsaris, & militibus omnibus. Nec etiã tempore Iustiniani cum esset etiã officium magistri militam, C. de offic. magi. mili. qui præerat equitibus & peditibus: uulgo capitaneum generalem appellamus. Et ipse solus iurisdictionem habebat in milites, præfectus uero prætorio prouinciarum, in prouinciis: ut est tex. in. l. 1. C. de offi. magi. mili. qui nõ potest intelligi de præfecto urbi cum duntaxat in urbe & intra cẽtesimum lapidem haberet iurisdictionẽ. l. 1. supra de offi. præfe. urb. Ad idẽ. l. 1. C. de offi. uica. ubi uica. præfe. prætor. cognoscit de causis ciuilibus, comes ẽt. i. magistri militũ de militaribus. Sic tota auth. quæ in uno erat præfecto prætorio, nunc diuisa est. Quod autem mitteretur non solum præfectus prætorio qui prouincias regeret, sed etiam magister militum qui omnibus præesset militibus, & sub quo erant duces est text. in. l. 2. C. de offic. præfec. præto. aphri. Dux tamen Albæ qui præfectus prætorio est comitatus cæsaris est

est etiam magister militum in regnis hyspaniarum, sed & proximo tremẽdo bello contra germanos, præsente Carolo quinto Cæsare Augusto, magistrum militum egit. nunc & magister militum est in Italia & Vicesgerens Cæsaris.

Præfectum prætorio prouinciarũ referebat annis proximis prex Neapolis, ac etiam magistrum militum in illo regno: titulus. n. ei dabatur ab Imp. proregis, locuntenentis, & capitanei generalis ĩ regno neapolitano, & dignitas illustris, prout pluries uidi. Aduertendum tamen est, regnum neapolitanum non subesse Caro. v. ut Cæsari, sed ut regi hyspaniarũ qui non recognoscit imperatorem.

Nunc de præfecto urbi de quo nu-
27 dum tantũ nomen cum dignitate nuda absque administratione remanere uidetur. Octauius farnesius dux parmæ, paucis ab hinc annis hunc habebat titulum. Et uidi Bononiæ in coronatione imperatoris nostri Caroli quinti Franciscum Mariam Vrbini ducem, tanquam urbi præfectum in habitu ducali nudum ensem ferre ante imp. in ipso coronationis actu. potestatem exercet præfectus urbi sede uacante, mortuo summo pontifice.

28 Præfecti sacri cubiculi adsunt Cæsari in cubiculo, claues cubiculi habent, & ad libitum ingredi possunt. quorum antiquior cubat iuxta Cæsaris cubile. is erat anno ab hinc decimo, cum legatione fungens, aulã Cæsaris sequebar, dominus de Re burgundus, erant etiam præfecti sacri cubiculi princeps Sulmonæ: Comes Agamontis qui fuerunt a Cæsare donati ordine aurei uelleris, q̃ plures etiam alii erant sacri cubiculi præfecti. His Cæsar cõmittere solet prouinciarum regimen, ac militum. Sũt & alii quos ciamberlanos appellant prout erant Franciscus Estensis Ferrariensis, & Marchio Terræ nouæ siculus, hi priuilegium habent ingrediendi Cæsaris cubiculum postquã surrexit e cubile. Cubicularii cæsaris sunt ministri cubiculi quorum primicerius erat Hadrianus flandrus, siue hãnonius qui magister cubiculi uulgo dicitur. hi nõ sunt illustres: & uulgo appellãtur camerieri. præfecti uero sacri cubiculi uulgo appellantur gentil'homeni di camera.

29 Nunc de quæstore. Ias. dicit triplex fuisse quæstoris officium per gl. in. l. i. ĩ uer. plebeios supra de offi. questo. & in prohemio insti. in uer. exquestori. Addit Ias. quartum genus questorum de quo in auth. de questo. cuius officium erat ut peregrini existentes Cõstantinopoli pro causis uel negociis, expedirentur: ac etiam alii de quibus ibi. Alleg. etiam Ias. Bal. post Odofre. in. l. 2. C. de peti. bon. subla. lib. x. ubi tres ait esse questores, unũ qui sedet ad latus principis: melius dixisset qui stat. & hunc dicit esse illustrem: ut probat illa. l. & ad eius officium pertinet subscribere rescriptis: & uiua uoce respondere aliquid implorantibus ut explicat ille text. aliũ prouincialem, qui a prouincialibus pecuniam querebat: alium qui criminales audiebat causas, de quo in. l. ii. §. Et quia ut diximus supra de orig. iur. & is, ut mihi uidetur, ab aula recessit creato præfecto urbi, per. l. i. in prin. supra de offi. præfec. ur. Alberi. de rosa. in. d. l. i. de offi. questo. allegatus p Dec. hic, ponit supradicta quatuor genera questorum, & ait, omnes

stores uideri illustres per.l.præcipimus.C.de appella.ubi quæstor dicitur illustris. Nec obstare dicit q; indifferenter crearentur questores tam
10 patritii q̄ plebeii,cū princeps ex plebeio possit facere illustrē.de eius.n. potestate non est disputandum.l.sacrilegii .C.de crimi.sacrile.& Dec.sequendo Alber.concludit omnes questores esse illustres per.d.l.præcipimus:& per tex.in auth.de man.prin. in pr in.ubi Tribunianum exquæstorem sacri palatii & exconsulem illustrem appellat.Addebam tex.in.l.ii. C.de offi.quæsto.& in.l.iubemus.C. de appella.& in auth.de appel §.fi.& in.l.fi.C.de diuer.rescrip.& ibi glos. & rub.C.de questoribus lib.xii.quæ plurali numero inscripta est.

Contra Alberi.& Dec. adducebam l.i.supra de offi.questo.ubi dicitur q; officium quæstoris est ingressus & quasi primordium gerendorum honorum,& sententiæ in senatu dicendæ.Si erat ingressus & primordium: ergo de necessitate dicēdum uidetur q; non esset illustris.facit.l.ut gradatim in princ.&.l.honor § gerendorū infra de mune.& ho no.ubi gradatim dātur honores. Preterea questor prætori adiunctus erat sicut legatus proconsuli,ut ex uerbis Cice.& aliorum antiquorum testatur Bud.in ti supra de offic.questo.& Anto.de Alex.lib. 4.genialiū dierum cap.23.& talis questor hodie thesaurarius bellicus dicitur secundum Bud. alii uero questores prouinciales thesaurarii appellantur.

11 Puto solum questores sacri palatii esse illustres, & de his loquuntur oīa iura supra alle. quæ uocāt questores illustres: dictumq; officiū fuisse ampliatum & illustratum a temporibus Constantini citra: prout etiam sentit Bud.in.d.ti.de offic.quæsto.Nec ob.q; ille tit. fuerit præpositus tit.de offi.præto.cum id factum fuerit a cōpilatoribus,quo tempore quæstor sacri palatii erat illustris: nec tractatū diuidere uoluerunt: licet Odofre.in d.l.ii.C.de peti.bon. subla. tenuerit q; etiam ille quæstor qui crim.causas audiebat esset illustris:eum autē qui pecuniam querebat esset clarissimus tantum,per d.l.i.supra de offi.quest. & Azo in summa.C.de offi.questo. uideatur tenere q; solum ille questor qui causas crim.audiebat, esset illustris.quod non placet per supradicta nec.n.ualet argumentū de eo ad præfectum urbi:quia hic maiorem & latiorem habebat potestatem,totaq; urbs eius fidei cōmissa erat:& ipsi soli cum quæstores illi plures essent. De quæstore Volaterra.libr.29.philologiæ,ubi de magistratibus ro.lo.pyrrhus in trac.de magi.roma.parte secūda: & melius Luc.de penna in rubr. C.de questo.lib.xii.& in.l.neminē.C de decuri.lib.x.

12 Comes etiā,rerū priuatarū qui est ꝓpositor cōsistorii imperialis, illustris est.d.l.ii.C.de peti.bono.subla & ibi Bald.& est text.in.l.fi.prope.fi.C.de asses. De hoc Luc.de penna in.d.l.ii. & in.l.3.C.de bon.uac.eo.lib.x.Hūc rerum priuatorum comitem omisit Dec.præter magistrum militum.Comes rerum priuatarum est procurator Cæsaris.l.1.cum gl.C.de offi.comi.re.pri.intellige generalis.sed pro curator cæsaris prouincialis est clariss.tantum. Alberi.in rubr.supra de offi.procu.cæsa.

Sequitur Rex, secundum ordi.Dec. Alex.

Alexan. hic in quinta. col. numer. 19. dicit esse in gradu illustrium, capit. nouit in princip. de iudiciis, ibi illustris regis francorum, capit. nouit de officio legat. in suprascriptione, illustri regi francorum. facit secundum Alexan. & alios quod equiparatur praefecto praetorio, ut uoluerunt Guilie. & Baldus in dicta l. prima supra de officio praefecti praetorio Bald. tamen ibi in fin. dicit secundum Guiliel. & alios, a regibus non appellari etiam quod essent subditi romani imperii: quia sunt uel pares uel maiores praefecto praetorio. Et Bartolus in l. prima in princip. infra quod quisque iur. & in lege omnes populi in quarta. quest. primae quest. princip. supra de iustitia & iur. simpliciter & incidenter equiparat reges praefecto praetorio. Et in hoc residet Alexander, quem sequuntur Iason numero septimo, Curt. iun. nume. 10.

33 Dec. numer. 14. ait Reges uideri superillustres saltem quando non recognoscunt superiorem quia tunc equiparantur imperatori ut per Bartol. in l. prima §. de qua, infra de postulando & in l. infamem col. nume. xiii. & xiiii. infra de public. iudic.

Ad allegata supra in contrarium respondet Dec. Papam ibi scribere: nec conuenire quod ipse maiore titulo reges appellet. Vel potius dicendum uidetur quod, illustris, titulus sit regi & imperatori conueniens, nam & Plutarchus de imperatoribus loquens, de uiris illustribus inscribit.

Aduertendum etiam quod doctores paulo supra loquentes de ordine superillustrium, respondent ad capit. solitae de maiori. & obedien. quod ille Imperator graecorum, & sic Constantinopolitanus non erat uerus imperator.

34 Dec. contra, quia tunc non erat adhuc imperium translatum ad germanos. Sed immo erat translata in germanos potestas eligendi imperatorem: cum fuerit translata per Gregorium quintum, teste Platina, & dictum capitulum, solitae, est Innocentii tertii, qui fuit post, longo interuallo: licet text. in capitulo, Venerabilem de electio. dicat imperium romanum in personam Magnifici Caroli translatum a graecis in Germanos, quod non uideo quomodo uerificetur. praesertim cum certum sit imperatorem Constantinopolitanum imperasse orientalibus etiam tempore Caroli magni, & post per multa secula donec ei a Turcarum rege fuit ui ablatum imperium: & quia Gregorius quintus fuit longo tempore post Carolum magnum, nisi dicamus fuisse translatum imperium occidentale in personam Caroli magni in germanos: cum ipse Carolus esset germanus & resideret in oppido Aquisgrani quamuis esset gallorum: sed postea per Gregorium quintum fuisse absolute translatum imperium romanum, & occidentale, in Germanos, trasferendo iure perpetuo in eos electionem imperatoris: non tamen priuando imperatorem Constantinopolitanum imperio orientali. Et Papa in dicto capitulo praesuponit imperatorem Costantinum cui scribebat habere iura im-

perii. Dicendum ergo uidetur ꝙ eo modo loquendi utatur papa cuius comparatione non uidetur imp. superillustris: cum ipse papa sit lumina re maius.d.c.solitæ,& Vicarius Christi appellauit tamen eum illustrissimum.

Sequūtur Cōsiliarii cōsistorii principis qui omnes sunt illustres secūdū
35 Ange.in.l.quisquis per illum tex.C. ad.l.Iul. maie.inferendo ꝙ Bart. erat illustris quia creatus fuerat consiliarius imperatoris. Sequitur Ias.hic nu.10. Negat Dec.nu.15.hoc probari per illum tex.qui loquitur de nece uirorum illustrium qui consiliis & consistorio imperatoris intersunt. & debet intelligi de iis qui aliter erant illustres prout in simili dicit Bar.in rubric. prohe.ff. col. pe. de doctoribus qui aliter erant illustres.

Dicebam Imperatorem diuersa habere consilia: & ideo eos qui supremi cōsilii sunt cuius primicerius erat Nicolaus petenot.de Granduel, illustres esse: sed alios, non: ut noui cōsiliarios Buisot, Viglium, & similes: quos dicemus spectabiles per.l.i.C. de comi. consisto.lib.xii. Pyrrhus.n. in trac.de magi.roma. in prima parte nu.23.comites consistorianos consiliarios esse dicit: quod uerū puto eo modo quo dixi. Sed Luc.de penna in d.l.i.in fi.non uidetur accipere comites consistorianos proconsiliariis. quod intelligam respectu supremi consilii.

Respondebat & aliter Dec: ꝙ ille tex.i.d.l.quisquis loquitur de iis qui intersunt consiliis etc. & sic stant ad latus principis: quod nō procedebat in Bar.faciunt no.in.l.i.C.de præpo. si.labo.lib.xii.ibi, quos lateris nostri comitatus illustrat. Erat tamen spectabilis per.d.l.i.de com.cōsisto.quicquid ibi dixerit Bar. De quo tex.Io. anto.rub. in consilio.86. Circa præmissam. Et Carolus V. imp.spectabilem me appellauit cum comitatus palatini & cōsistoriani titulo ac eque stri dignitate me ornauit, anno salutis 1537.ac etiam in literis ad me datis.

36 Octauo loco ponit Dec.nu.16.doctores qui uiginti annos in publicis gymnasiis professi sunt. hos.n.illustres ait, fretus authoritate Bart.hoc dicentis in rub.prohe.ff.col.pe.& remissiue in.l.pe.§.de mili.testa.per.l.1 C.de professo. qui in ur.Constantinop.lib.xii.

Alex.col.6.sub nu.20.contra: quia tales doctores equiparantur comitibus & ducibus ut ibi habetur iuncta glo fi.hi autem sunt spectabiles tantum.l.raptores.C.de epi. & cleri.l.si quando.C.de appella §.fi.in auth.de appel.& intra quæ:cum si. Vnde ipsemet Bar.in prima.consti.C.col.3.nu.10.&.11.fatetur doctorem non esse illustrem etiā si xx.annos publice professus esset, sed isto casu effici comitē sacri palatii, uel saltem clarissimum.

Aduertendum ꝙ.d.l.i.C.de professo.qui in ur.constanti.in.fi.his utitur uerbis:placuit honorari,& iis qui sūt ex uicaria dignitate, connumerari, & hec est comitiua de qua in rub.nihil autem ibi dicitur de duce uel comite. & multa requiruntur in illo tex.iuncta gl.quæ ibi argumentatur ꝙ Vicarii equiparantur duci & comiti, ergo sunt duces & comites. Mala est consequentia quia nullū simile est idem, ut not.in.l.quod Nerua.ff.dapo.& tamen omnes sunt spectabiles tantū.

De

De Vicariis habetur in.l.a proconsu
libus,& in.l.præcipimus.C.de appel
la.& in.l.i.C.de off.uica. De ducibus
in.l.siqñ.C.de appe.cũ si. supra alle.
Et licet Ias.hic nu.12.dicat doc. cõ
muniter tenere ꝙ talis doctor sit illu
stris, cuius contrarium tenet ipse post
Alexan. nõ tamen uerum uidetur ꝙ
cõmunis opi.sit talis:nã Bar.& Pau.
ca.in prima consti.C.hoc nõ dicunt:
sed ꝙ efficiatur comes palatinus, uel
saltem clarissimus. sic Saly. ibi in §.
& ideo nu.3.Bar.in.l.Alexãdrinis.C.
de decuri.lib.x.ubi dicit ꝙ efficitur
comes: & Pau.ca.in.l.nulla iuris nu.
3.supra de legi. Nec Ab.in.c.propo
suisti nu.15.de proba. dicit ꝙ efficia
tur illustris. Et ex ordine titulorum
patet: quia post titulum de Comi.cõ
sisto. Nec facit contra Alex.quod ait
hic Dec.nu.17.ꝙ immo comes sit il
lustris.l.prouincialium.C.de eroga.
mili.anno.lib.xii.quia illi sunt comi
tes rerum priuatarum propositores
consistorii qui dicuntur illustres, ut
supra dictum fuit: sed alii comites re
gulariter nõ sunt illustres ut patet ex
discursu titulorũ loquentium de ua
riis comitibus,& de comi.consisto.in
l.i.lib.xii.
Præterea tex.præalleg.l.i.in quo
Dec.facit fundamentum,loquitur de
uicaria dignitate: & qñ lex simplici
ter loquit̃ de uic.intelligit̃ de illo de
quo inti.C.de offi. uica.ut ibi scribit
Fulg. Nec duplicatio duorũ graduũ
spectabiliũ facit gradũ illustrẽ,quic
quid dicat Curt.iun. hic nu.11.& sen
serit Dec.licet ex hoc præferri quis
deberet habenti unum tantum ex eis
dem gradibus iuxta tradita per Dec.
37 in.c.Clerici de iudi.& in.l.cum quid
infra si cer.pet.Nec est uerum ꝙ uica
rius dicatur illustris, ut uoluit Curt.
iun.hic nu.12.per.l.pe.cum auth.ibi
posita.C.de procura: quia ille text.
hoc non dicit sed concedebat seu in
ducebat quid circa quosdã illustres,
& circa proconsulare ius & Vicarii:
cuius dispositio per auth.ibi positam
fuit restricta ad illustres. ergo patet
ꝙ proconsularis & Vicaria dignitas
non est illustris, nec consistoriana co
mitiua de qua etiam ibi. Nec ob.l.3.
C.de proxi. sacr. scri.lib.xii.quia lo
quitur de militantibus in sacris scri
niis.xx.ann.ꝙ consequuntur consu
larem dignitatem quæ proprie est
clarissimatus.l.2.C.de dome.& pro
tec.lib.xii.idq; patet ex ordine titulo
rum. Non ergo loquitur illa lex de
ducibus uel comitibus.
In quantum Dec. hic infert ꝙ talis
doctor potest tanquam comes pala
38 tinus creare notarios & legitimare se
cundum Pau.ca.in prima consti.C.
col.2.qui tamen subdit non seruari,
dicebam nullo iure probari ꝙ comi
tes palatini hæc facere possint, nisi ex
presse eis concedatur, cum sint de re
seruatis principi.
39 In quantum Alexã.sub nu.10.dicit
doctorem actu legentem esse clarissi
mum: quia merum habet imperium
in Scholares per auth. habita cũ ibi
no.C.ne fili.pro pat.considerandum
est ꝙ ille tex.hoc non explicat: & ui
detur solum loqui de causis pecunia
riis, licet gl. aliter intelligat: quæ ta
men dicit non seruari Bononiæ, cum
ibi fuerit renunciatũ illi auth. quo ad
criminalia. Hic autem tribuit iurisdi
ctionem omnem rectori tantum, sita
tutum uniuersitatis: & sic nullam ha
bent doctores iurisdictionẽ. Vide
tur etiam dicendum ꝙ illa auth. Ha

bita non habent locū in criminibus, nisi ubi ageretur ciuiliter, ut uoluit Iaco.de are.prout refert ibi Alber.argumento.l.i.C.de priui.schola.libr.xii.& quia reatus priuilegium excludit.l.i.C.ubi senat.uel clariss. Alber. tenet ꝙ in leuibus delictis locum habeat Bar.ibi dicit ꝙ Bononienses renunciauerunt; & Perusii non seruatur quo ad Laycos.Nico.de matarel: ut refert ibi Bal.tenuit ꝙ non procedat in crimi.Bald.uult ꝙ etiam delicta comprœhendat ubi ageretur ciuiliter: secus si criminaliter:& ex qualitate episcopi probat ꝙ nō possit intelligi in criminalibus,ut ibi per eum in sexta col.

Non uidetur ergo uerum, etiam si seruaretur dispositio d.auth. habita, ꝙ doctor legens esset clarissimus sicut preses:sed uideretur potius equiparandus defensori ciuitatis qui de causis pecuniariis cognoscere potest usque ad ccc.aureos,& de leuibus criminibus ut in §.& iudicare & §.audient in auth.de defenso.ciui.Causæ nanq; scholasticorum non ascendunt ad tantam summam. Nec ob.ꝙ dignitates gradatim concedantur.l.ut gradatim in prin.&.l.honores §.gerē dorum.ſ.de mune.& hono. Et ideo doctor legens uideatur clarissimus, cū efficiatur spectabilis si xx.annos professus fuerit, nam id quod dicitur honores gradatim deferri, uerum est, nisi princeps aliter disposuerit, qui potest facere quem ex plebeio illustrem ut inquit Alberi.in.l.i.supra de offi.quest. Præterea idem dicitur de grammaticis in.d.l.i.C.de profes.qui in ur. etc. qui nullam habent dignitatem.

40 Nono loco Dec.nu.18.de cardinalibus dicit ꝙ sint illustres secūdū Bal. in.l.i.§.his cunabulis supra de offic. præfec.præto.& in.l.ad similitudinē C.de epi.& cleri.Alex.in rub.ſ.tit.2. nu.6.& 7.Ias.hic nu.8. Barba.in trac. de præstan. cardi. in prima.q.primæ partis sub nu.41. & faciunt adducta per eum ibi nu.29.usq; ad 53.& ultra.

Alex.tamen in d.rub.restringit hoc ad cardinales degentes in curia apud papam per.l.i.C.de præpo.labo.lib. xii.ibi, quos lateris nostri comitatus illustrat; secus in legatis cardinalibus: quia equiparantur proconsulibus.c.2.de offi.lega.lib.6.qui sunt spectabiles tantum. Iasoni uidetur hoc durum quia cardinalis legatus papā representat.c.i.de offic.leg.& relinquit cogitandum.

Dec. impugnat opi.Alex.per d.c.i. & quia cardinalis legatus equiparatur papæ c.antiqua de priui.c.uolentes de offi.leg.Ad c.2.de offi.leg.lib. 6.respondet ꝙ ibi loquitur de simplici legato non cardinali: sed equiuocauit.

Dec.quia ibi papa scribit cardinali legato,ut est expressum in suprascriptione.& glo.ibi in uer.proconsulū, in legato cardinali intelligit illū tex.

Dicebam ꝙ in.d.c.2.similitudo fit eo respectu ꝙ legatus ordinariam habeat iurisdictionem sicut proconsul & preses: & ad hoc emanauit illud.c. ut ostenderet officium legationis nō expirare morte papæ, nec sequitur ꝙ maiorem non habeat dignitatem, nam legatus de latere potest facere legem perpetuo duraturam.c.fi.de off. leg.& in hoc equiparatur præfe.prætorio.Item representat papam,ut dictum est:& facit cessare officium le-

41 gationis patriarchæ etiam Hierosoli

mitani,c.Volentes,de offi,lega.& cuiuscunq; alterius patriarchæ d.c.antiqua de priui, & sic tanquam legatus maior est quolibet patriarcha: cum tamen quatuor principales patriarchæ,s.Constantinopolitanus, Alexādrinus, Antiochenus, & Hierosoli-
42 mitanus sint digniores quolibet cardinali, excepto cardi. Hostiensi qui habet ex priuilegio, quia cōsecrat papam,&ungit imperatorem:ut scribit Ab. in,d,c,antiqua, de priui,Petr.de Monte Venetus in sua monarchia conciliorum q.v,in prima parte, Ex his patet ꝙ argumentum de proconsule non potest procedere & maxime quia,dato ꝙ consul mitteretur ad regendas prouincias, & sic diceretur proconsul, & esset spectabilis tantū, ubi prius erat illustris,uel superillustris,non bene infertur ad casum nostrum: quia dignitas consulatus erat ānalis,non perpetua: & cum efficiebatur proconsul desinebat esse cōsul, nec habebat uniuersalem iurisdictionem ut prius,sed solum in prouincia sibi cōmissa. At dignitas cardinalis est perpetua & inheret ossibus nec dimittitur per officium legationis:immo habet utranq; dignitatem cū administratione iurisdictionis. Teneo ergo intrepide in hoc articulo contra Alexan. Et ad Bald.in rub. supra de offi.proconf.dum in fi.dicit,cardinales digniores esse in curia q̄ extra, potest responderi, ut per apostill.ibi.s.nisi esset legatus.Addo ꝙ non sequitur ex hoc ꝙ extra curiam non sit illustris: sed magis illustris in curia q̄ extra curiam, & extra legationem.

43 Decimo loco de Patriarchis ponit Dec,nu.19.ꝙ sint illustres,& de quatuor principalibus supradictis non uidetur dubitandum: quia maiores sunt cardinalibus,ut proxime probaui: & ad instar regum sunt,quia presunt pluribus prouinciis & ideo illustres dicuntur ut perBal.in d.l.i §.his cunabulis supra de offi. præf.præt. sequuntur Dec, hic nu.19.Ias.nu.9.

44 Tres effectus resultantes ex dignitate illustri ponit Ias.hic num,13.s.ꝙ nō possit esse in iudicio per se ipsum: ꝙ non possit ducere uxorem sine interuentu dotalium instrumentorū: & ꝙ possit proferre sententias per alium. Sed secundus effectus uidetur hodie cessare attenta dispositione iuris cano.Quartum effectum addebat Curt,iun,hic nu,14.ꝙ.ab eius sententia nō possit appellari. Sed est cōtra tex.in.l.præcipimus.§.pe.C.de appel.& in §.fi, in auth.de appell.& intra quæ etc.

45 De tertio ordine spectabilium nūc dicendum est spectabiles sunt prætores,glo.in rub.supra de offi,præto.& ut paucis me expediam in re clara, omnes de quibus loquuntur tit,ff.a tit,de offi. præto, inclusiue usque ad tit,de offi.presi.exclusiue. & sic præfectus uigilum,proconsul,præfectus augustales sunt spectabiles, ut in dictis ti.not, Et si quandoq; appellentur clarissimi,accipitur tunc clarissimus pro termino generali adaptabili ad omnes gradus, ut declarat Dec. hic nu.20.& 21.facit.l.i,C.de tu.& cura.illa &c.

46 Duces etiam spectabiles tantum sunt.l.i.C.de offi,præfe,præto.aphr. l.raptores.C.de epi. & cleri.l.si quando.C.de appella.cum si. Nec est uerum quod ait Dec.hic esse aliquos duces illustres per d.l.si quando:nā magistratus ipsius ducatus spectabilis

tantū est,licet ille qui huiusmodi magistratū gerit possit aliā ratione aliove titul.esse illustris. Ita probat.d.l.si quando. Et intelligo de ducibus legalibus de quibus iura.C.loquuntur: qui præerant militibus in prouinciis & parebant magistro m litū d.l.2.C. de offi. præfe.præto. aphri.ubi patet q septē uel octo duces erant sub præ
47 fe.præto.aphri.seu potius sub magistro militum. Nō loquor de ducibus nostri temporis de quibus in usi.feu. in tit.quis dica. dux, marchio,comes etc.hi enim inuestiti sunt de ducatu a principe,& iure proprio ad posteros transmissibili habent omnimodā iurisdictionem in suo territorio. Et hi sunt illustres uel spectabiles prout declarauent princeps, & secūdū qualitatem ducatus. Idem dico de marchionibus & comitibus de quibus in d.tit.in usi feu.

Comites de quibus iura.C.loquū
48 tur sunt spectabiles tantum,ut patet in iuribus hic alleg.per Dec.& in.l.i. C.de comi.consisto.libr.xii.excepto comite rerum priuatarum qui est illustris ut supra dixi: & de eo loquitur.l.fi.§.fi.C.de off.asses.l.siquis.C. ubi ca.fisca.l.prouincialiū.C.de eroga.mili anno.lib.x i i .l.i.C.de offic. magi.mili.l.a.C.de peti. bon. subla. lib.x. Multa de prætore & spectabilibus dicit Ias.hic in quarta col.nume. 14.& 15.

In hoc ordine spectabilium ponitur episcopus secundum spec.in titu.
49 de iur.om.iudi.in prin.Bal.i.l.i.§.his cunabulis supra de offi.præfe.præto. & licet nō sit illustris equiparatur tamen illustribus secundū Bal.in.l.ad similitudinem.C.de epis.& cleri.cuius uerba imperfecte refert Dec.hic. tradit ista Alex.in rub.§.ti.2.nu.7.& Ias.hic nu.15.multa adducens ad demonstrandum q episcopus dici possit illustris:tamen uidetur transire cū prædicta communi opin.q propriè sit spectabilis tantum,sequitur Barbaz.in trac.de præstan.cardi. in prima.q.primæ partis nu.43.Et licet episcopus maior sit quo ad ordinē præsbitero cardinali, tamen ratione officii & latioris administrationis quæ
50 præualet & attenditur,cardinalis est dignior ut tradit Dec.in.c.sane' §l.2. in 3.not.de offic.delega.licet ipsemet Dec.in.c.cum uenerabilis nu.2.de excep.uideatur potius uelle contrariū. Sed q cardinalis dignior sit latè probat Barbaz.in præalleg.trac.de præstan.cardi.in prima.q.pri.partis, nu. 38.cum multis seq.

51 De quarto gradu clarissimorum:& de quinto inferiorum, dicite ut per Dec.hic nu.24.& 25.& Ias.nu.18.cum seq.& nu.21.cum seq.ubi tamen nō rectè loquitur de magistratibus municipalibus:de quibus dicam plenè.§. in glo.in uer.quæ uero iure magistratus.Immo circa clarissimos ut scripsi in.l.imperium in 8.q.

Aduertendum tamen ait Dec.sub
52 nu.22.q licet iura magistratū appellent illustrē,uel spectabilem,aut clarissimum,uerba illa uidentur enunciatiue prolata quæ non probant, neque disponunt,per tex. in clem.fi.de sen.excommu.tametsi nominatio illa præsumptionem faciat, cui standū sit donec probetur contrarium per al leg.per eum. Circa hoc ui. doc.in d. clem fi.& in.c.per tuas de proba.& in clem.i.eo. tit. de proba. & Curt.iun. hic nu.18.&.19.

Premittit etiam Bar.hic q sicut duo sunt

sunt, soluere & ad diem soluere.l.Celsus §.i.uer.Sed ipse.ſ.de arbi.ita sunt duo, esse magistratum, & esse de maioribus.glo.tamen ibi in uer.duo, declarat q sub uno praecepto duo intelligantur tacite non tamen sunt duo. Opponit Curt.iun.hic nu.20.in fi.q qualitas maioris uidetur inseparabilis per.l.praetor §.docere.ſ.ui bon.rapto. immo est §.Nec autem actio.l.praetor la seconda ibi, docereq actor in turba damnum datum esse: iunctis iis quae scribit Bal.in rub. extra de rescrip. col. pe.nu.15.ubi dicit q turba est quaedã qualitas etc. ut ibi per eũ. & respondet Bal.ad.d.l.Celsus q ibi duplex est consideratio: quarum una scilicet obligatio, respicit debitum: altera, miseratio scilicet terminum.l. si cum militi §.i.ff.de compensa. Soluit ipsemet Curt.Bar.sentiisse duo esse magistratum simplicem & de maioribus.vi.Bal.i.l.i.col.4.nu.22.C.de iis quae poen.tex.in.c.Cum dilecti §. Praeterea de dol. & contuma. & ibi Ab.nu.12.

Tertio praemittit Bar.primis tribus ordinibus magistratuum cõmitti causas meri & mixti imperii tanquã maioribus, & specialiter, & in priuilegiũ: & ita eis q non aliis regulariter, probat ipse quia causae meri imperii cõ-

54 mittũtur praesidi.l.illicitas §.qui uniuersas supra de offic.praesi.is autẽ est clarissimus, ut uidimus, ergo multo magis spectabili & illustri quibus ut magistratibus concessa esset uniuersalis iurisdictio. nam Bar.hic de magistratibus loquitur. Videtur tamen q Bar.non probauerit suam intentionem: quia in materia iurisdictionali non ualet consequentia, conceditur quod est maius ut merum imperiũ: ergo q est minus ut mixtũ imperiũ: argumento .l. solemus §.latrunculator.ſ.de iudi. & d §.qui uniuersas, iuncta.l.inter poenas.in prin.ſ.de interdic.& rele.cum si. Responderi potest ad primum q §.latrunculator loquitur de iudice maleficiorum, & sic limitatẽ ad maleficia deputato: sed praeses habet generaliter iurisdictionem. Ad 2m responderi posset ut per glo.in.d §.qui uniuersas: &.ſ. latius dicetur.

Quarto praemittit Bar.per modum not.q magistratus municipales cognoscunt de uilibus tãtum causis: & allẽ §.Et iudicare & §.audient in auth.de defenso.ciui. Duo uult Bart.q defensores ciuitatum sint magistratus municipales, cum tamen differat ut patet ex diuersitate titulorum: secundum q causae de quibus in d.§.& sic causae trecentorum aureorum sint causae uiles: quod non uidetur uerũ; per ea quae scripsi.ſ.in gl.in uer. quae uero iure magistratus: ubi repetam. Nec uidetur bona defensio circa primum q accipiat magistratus municipales in genere.

Postremo praemittit Bart.q est iurisdictio in genere comprehendens quatuor causarum genera secundum glo. Sed ipse melius dicendũ ait, put notauit in.l.imp.tit.2.ubi in.2.col.in prin.sub nu.4.concludit, secundum

55 Pet. iurisdictionem in genere sumptam, in duas diuidi species.s.in imperiũ simpliciter sumptum, & in iurisdictionem in specie: rursus, imperium subdiuidi in merum & mixtũ. Dec.hic sub nu.25.tradit definitionem iurisdictionis in genere: & dicit eam tres complecti species: merũ imperium: iurisdictionem in specie:

& mixtum imperium, declarans quæ requirantur in prædictis. Hanc diuisioné positá per Dec. quæ fuit Guil. sequutus sum in d.l. imperium in q. xv. Bar. quæ mihi est xvi. i eius quinto quæsito immo in.4.q. Bar. & hanc ponit Alex. hic nu.2. alia quædá præmittens usque ad nu.5. & Ias. nu.24. & 25. Nunc ad ipsam.l. explicaui in uoce definitionem iurisdictionis in genere, & suarum specierum.

56 Diuiditur hæc.l.1. usq; ad §. qui má datam, in quinq; partes, ut per Bart. & doc. cómuniter. Summarium Bar. nó satisfacit: quia in prima regula uidetur denegare delegabilitatem quarumcunq; causarum meri & mixti imperii: in secunda uidetur cócedere delegabilitatem solum uilium causarú simplicis iurisdictionis, quod non admitto inspecto tempore quo fuit edita hæc.l. pro ut demonstraui alias. j. in gl. in uer. quæ uero iure magistratus. Sed et quantum ad primam regulam, aliter dicendum uidetur quia ea quæ sunt duorum ultimorum graduum meri imperii erant delegabilia etiam tempore quo emanauit hæc.l. ut uoluit Bar. in.l. imperium. j. tit.2. nu.11. & 12. quem sequuntur doc. cómuniter. ná Bar. i quinto gradu alle. l. magistratibus. j. tit.2. quem text. có muniter intelligunt doc. q magistratibus municipalibus permittatur ius modicæ castigationis iurisdictionalis sed posset dici q loquit de modica castigatione extraiudiciali seruorú municipii iuxta tit. C. de emen. ser. & de emen. propin. & l. respiciédum §. furta domestica. j. de poen. Ea etiam quæ sunt duorum ultimorum graduum mixti imperii etiam olim delegari poterant: ut patet ex doctri. eiusdem Bar. in d.l. imp. nu.21. & 22. & ex. l. Cognitio §. ut possessio bonorum infra eo.

Summabam igitur sic. Causæ quæ lege, uel senatuscons. uel constitutione principum conceduntur in priuilegium, non possunt delegari nisi in casu abséntiæ: aliæ uero quæ iure simplicis magistratus competunt delegari possunt.

57 Casus non uideretur aliter figurandus per ea quæ scribit Cy. i.l. ex hoc iure in princ. supra de iusti. & iur. & Caccial. in.l. imp. in prin. j. tit. secúdo & Bar. i prohemio. ff. i ipso prin. Verú ut scholasticis satisfiat, & præsertim quia hæc.l. sumpta est ex lib. quæstionum Papin. finge casum sic. Prætor uel proconsul mandauerat omnem suam iurisdictionem, quod tempore huius.l. facere poterat. l. solet. j. ti. secundo, querebatur an de omnibus causis cognoscere posset delegatus, uel de quibus? Videbatur dicendú q de omnibus, etiá meri & mixti imperii: quia iurisdictio in genere sumpta omnes iurisdictionis species cóplectitur.

58 Præterea multa quæ particulariter transferri non possunt, trás feruntur tamen cum uniuersitate, ut ius patronatus. c. cum seculum. c. consuluit, cum seq. iuncto. c. ex literis de iur. patron. Ad idem, tex. in.l. quædá infra de acqui. re. domi. ibi, tamé per uniuersitatem ad heredem tráseunt, ut fundus dotalis. uel res etc. & in.l. In modicis, & ibi gl. j. de cótra. emp. contrarium respondit Pap.

Ratio decidendi: quia in generali commisione non uenit quod specialiter mandari non potest. c. a nobis de sen.

ſcn.excõm.ubi,generalis excõmunicatio non ligat non ſubditos: cum id ſpecialiter fieri non poſſet.c.i,de iur. iur.lib.ſexto ubi iuramenta generalia non trahuntur ad illicita & impoſſibilia : quia etiam iuramentum ſpecialiter præſtitum non attenderetur: cum aliis alle. pet Dec. hic in primo no.nu.26.facit.l.iſta in §.qui mandatam,ibi,ſed merum imperium quod lege datur non poſſe tranſire etc.pon detando negatiuam præpoſitam uer bo poteſt: &.l.2.in fi.ſ.eo.ibi quod ſi mandauerit iuriſdictionem nequaꝗ poterit mandata iuriſdictione eam q. transferte. & loquitur text. etiam ſpecialiter mandando.Idemque uoluit,l.noſtra in princ. in regula negatiua : & in affirmatiua a contrario ſenſu.

Non obſtant in contrarium adducta,&primo de iure patronatus:quia illud tranſit acceſſorie cum uniuerſitate,cum ceſſet tunc ſuſpitio Simoniæ:ut colligitur ex dictis per Ab.in d.c.ex litteris nu.10.&.11.

Non ob.l.quædam, & l.in modicis quia reſpondetur ut alias ſcripſi.ſ.in v.& ulti.parte gloſ.in uerſ.non aliter nu.179.

Quantum ad ſecundam regulã affirmatiuam de qua in uerſ.Quæ uero iure magiſtratus competunt; dubitationem facere poterat ſecundum quoſdam recentiores,quia ſic melioris conditionis & maioris authoritatis uiderentur magiſtratus inferiores quã maiores: quia illi poſſent cauſas oẽs delegare,iſti non.Cui tamen reſpondetur non eſſe ex hoc melioris conditionis:quia idem & multo magis poterãt maiores magiſtratus qui tempore quo ædita fuit hæc.l.poterant quaſcunque cauſas etiam maximas iuriſdictionis ſimplicis delegare: licet poſtea per.l.2.C.de peda.iudi,& per auth.ad hæc.C.de iudi.fuerit hæc facultas reſtricta, & per.l.fin. C.de peda.iudi.redacta ad uiles tantum cauſas:quarum cognitio dumtaxat cõceditur magiſtratibus municipalibus. Et ꝙ maiores magiſtratus non poſſint delegare cauſas in priuilegium ſibi cõmiſſas, eſt ad eorũ honorem:quia propter grauitatem cauſarum, & dignitatem magiſtratus induſtria perſonæ cenſetur electa. Ratio decidendi quia proprium iuriſdictionis eſt delegabilitas.l.Imp.in.fi. ſ.tit.ſecũdo,& quia iure proprio habent.l.more.ſ.tit.2.dico iure proprio ordinario &cõmuni:ſed cauſas in priuilegiũm conceſſas habent ex priuilegio.Et inquantum dixi ꝙ tempore æditionis huius legis delegari poterant quæcunqꝫ cauſæ ſimplicis iuriſdictionis,patebit ex iis quæ dicam.ſ. in 3.no. & in gl. in uer.quæ uero iure magiſtratus, circa intellec.l.2.C. de peda.iudi. Nec ob.l.Non diſtinguemus §.Iulianus.ſ.de arbi.quia reſpondetur ut ſcripſi in locis prædictis.

Lego, ſeu recito & declaro uerba tex. Quecunqꝫ ſpecialiter:i.in priuilegium,proprie,& peculiariter:& ſic præcipue ultra alios,& non cõmunicabiliter.Lege uel ſenatuſcon. uel cõſtitutione principum etc. Bart. dum tex.dicit conſtitutione:exemplificat per.l.2.C.de peda.iudi.in fi. ubi cauſæ ingenuitatis & libertinitatis committuntur ſpecialiter præſidibus: & ait non eſſe ponendum exemplum ut dicit glo.hic in uer.conſtitutione, per.l.1.C.ne lic.poten.quia illa,ſecũdum Bar.eſt noua,hæc antiqua. ſed

errauit Bar.ut scripsi in d.gl. & no. q non sine misterio l.C.dixit de tribus tantum speciebus iuris scripti delega tam.i.concessam secundũ Bar.& doc. cõmuniter intelligitur.n.cõmuniter q de ordinario loquatur. quod pro-
61 batur ibi,iurisdictionem suam man- dant.ponderando uerbum suam,per §.qui mandatam.ĩ.ea,& l.more.ĩ.ti. secũdo iuncta.l.quintus §.i.ĩ.de aur. & arg.lega.ubi pronomen suum,pro prietatem significat,q̃ si abesse cepe- rit. non intelligatis q prius discedat & postea mandet:sed in procinctu di scessus. facit.l.pe.cum ibi no.ĩ.de mi l i.testa.satis.n.est q effectus transfe- ratur post discessum.

De diuersis intellec.huius.l.uide- bimus.ĩ.cum glo.

No.primo secũdum ordinem Dec. & est etiam primum no. Ias.regulam negatiuam ut uerba sonant q quæcũ que specialiter etc. ratio fuit assigna- ta in figuratione casus,& ponitur per Dec.nu.26.

Per hanc primam regulam negati- uam,iuncta.l.more.ĩ.tit.2.l.cum præ tor §.i.ĩ.de iudi. & l.a iudice.C.de iu di. Alex.in.d.l.a iudice nu.9.quem re ferunt.Ias.hic nu.26.in primo no.De ci.nu.27.Cur.iun.breuiter nu.40.di- cit nõ esse uerũ in puncto iuris cõm.
62 opin.de qua ibi, q ordinarius possit concedere delegato suo facultatem subdelegandi:quia hæc specialiter cõ ceditur: & quæ specialiter tribuũtur delegari non possunt.

Ias.hic nu.26.& 27.cumulate refert doc.tenentes dictam cõm.opi.ac etiã eos qui cõtrariæ adherent opinioni: & ait errasse in intellectu regulæ ne- gatiuæ.l.nostræ eos qui contra cõm. insurgunt: cum requirantur duo co- pulatiue,ut regula ista negatiua pro cedat, secundum gl. & doc.primum, q causæ tribuantur maioribus magi stratibus: secundum,q specialiter & in priuilegium,ita q minimis magi- stratibus denegentur:& , latius prose quens,subdit Alex.in.d.l.more, erro rem suum reuocasse.

Deci.nu.27.relatis dictis Alexan.& Ias. ait uim totam consistere in hoc, An facultas delegandi competat cui libet magistratui, ita q non sit reser- uata maioribus,præsuponens ex cõ- clusione huius quæstionis, pendere propositæ quæstionis resolutionem Et ideo hanc examinat quæstionẽ. An inferiores magistratus delegare
63 possint,quam excitauit Fulg.in.l.eũ qui.ĩ.tit.secondo,& late discussit So zi.i.l.i.ff.quis & a quo etc.per v.col. & quoniam Dec.hic,prout etiam So zi.in.d.l.i concludit contra cõm.opi. ideo diligenter insistendum.

Pro parte negatiua contra cõmunẽ q minimi magistratus non possint, delegare,adducitur,

64 Primo l.eum qui.ĩ.ti.a.ubi, eum qui iudicare iubet magistratũ esse opor- tet,& subdit text. secundum literam Aloand. Magistratus autem is est qui in potestate aliqua sit; utputa. proconsul uel prætor,uel alii qui pro uincias regũt, & sic de magistratibus maioribus loquitur. Inclusio autem expressorum, est aliorum exclusio.l. cum prætor in princ.ĩ.de iudi. Nec obstant uerba illa,in potestate aliqua quæ uidentur uerificari in minima, per gl.cõmuniter approbatã in clem. i.in prin.de for.compe.in uer.aut ea- rum parte aliqua, quia hic per exem pla,quæ regulam declaranr,constare uidetur q de aliqua potestate magna loquatur

loquantur tex. Nam magistratus mi nimi sine imperio aut potestate sunt, ut dicit text.in.l. Nec magistratibus circa fi. infra de iniur. & ex his uidetur tolli inductio & ponderatio quã de illo tex. facit Ias. ibi pro cõm.

Inducebam ego aliter illum tex. pro cõmuni: quia ponit duo dicta. In primo, ꝙ magistratus esse debet qui iudicare iubet quasi dicat non delegatus. Nec ob. non sequi: quẽlibet magistratum hoc posse, quia immo sequitur si contrarium nõ probetur & ponderat quia subdit. magistratus autem uel is: pro etiam is etc. & sic implicatiua demonstrat ꝙ prius de quolibet magistratu intellexerat: In secundo ꝙ magistratus etiam maiores nõ possunt iubere iudicari eo die quo priuati futuri sunt. secunda ibi: Magistratus autem: & cõmunis litera est: Magistratus autem uel is qui in potestate aliqua sit, ut puta proconsul etc. uel, enim ponitur pro etiam, ut apud Terentiũ in Andria, ibi, uel hoc quis non credit? & passim apud latinos.

Posset etiam responderi, si tenenda esset litera Aloand. quod minime fieri posse uidetur, text. illum loqui de iussu, nõ de simplici delegatione. Inter ista enim multũ interest ut not. in.l. nec mandante. ſ. de tuto. & cura. da. ab iis etc. & in §. sed hoc iure, insti. de attili. tuto. Non tamẽ egemus isto refugio, quia text. realiter & uere intellectus. prout supra induxi, probat cõm. opi.

Secundo contra cõm. adducitur. l. cum praetor §. i. ſ. de iudi. a sufficienti partium enumeratione per. l. patre furioso, de iis qui sunt sui uel alieni iur. cum si. Nam in d. §. i. enumerantur ii qui iudicem dare possunt, inter quos nõ ponit minimus magistratus ergo etc. Nec obstant illa uerba ceterique romae magistratus, tũ quia illis dicitur more propter uim imperii permitti, & magistratus municipales non habent imperium. l. Nec magistratibus in fin. ſ. de iniur. tum etiam quia de magistratibus romae loquit. & sic nõ compraehendit alios qui non reddunt ius romae. l. hos accusare in prin. ſ. de accusa. l. tertia in fin. quod me. ca.

Respondebam retorquendo illum
65 tex. in prima parte. nam ibi non enumerat omnes; sed ponit regulam cũ exemplis de iis qui lege iudicem dare possunt, dicens iudicem dare posse eos quibus lege, uel senatusconsulto uel constitutione conceditur. Et solũ duo ponit exempla de iis quibus lege conceditur, non etiam de aliis quibus senatusconsulto, uel constitutione, lege, ueluti proconsuli: ut ostendat cõcedi maioribus magistratibus prouinciarum. Item & iis quibus mãdata est iurisdictio qui pedanei dicũtur. C. de pedan. iudi. ubi glo. in. l. fin. dicit & delegatos appellari pedaneos, & minimos magistratus. Si ergo exemplificatur in delegato ad uniuersitatem causarum qui non potest cognoscere nisi de causis uilibus siue humilioribus negociis prout magistratus municipales. d. l. fi. & procedit in quolibet delegato ad uniuersitatẽ causarum secundũ cõm. opi. de qua in lege more. ſ. tit. 2. & in. l. a iudice. C. de iudi. multo fortius ergo comprehendit magistratũ municipalem qui iure proprio iurisdictionem tanquam ordinarius habere dicitur.

Tertio contra cõm. ex Dec. per argumentum ab absurdo. l. Nam absur

do.l.Nam absurdũ.ī.de bon. libert. Absurdum enim esset ꝙ plus concederetur minoribus quam maioribus: quod esset si minimi magistratus delegare possent: quia cum omnes causæ de quibus cognitionem habēt, sint delegabiles, possent omnes causas delegare, seu quanlibet ex causis ad se pertinentibus, cum maioribus magistratibus delegare nõ permittatur regulariter nisi causas minoribus magistratibus competentes, & non alias.

Dicebam prout supra circa rationes dubitandi & decidendi ad secundam regulã permissiuam, pro ut etiã in effectu respondet Dec.hic.Et Bal. in.l.2.in.2.q.C.de peda.iud.dixit hoc esse honorabilius ipsis maioribus magistratibus. Nec ob.replicatio Decij de principe, qui omnes causas delegat: quia ipse est legibus solutus.l. princeps supra de legi. & ei Deus leges subiecit.§.fi.in auth. de consuli.

Quarto contra cõm.ex Sozi.in.l.i. quis & a quo etc. Magistratibus mu-
66 nicipalibus nõ cõpetunt nisi ea quæ sunt simplicis iurisdictionis.l.ea quæ infra ad municip.sed facultas delegãdi non est simplicis iurisdictionis, quia non expeditur iudicis officio mercennario, ergo etc.

Dicebam ꝙ immo facultas delegãdi est simplicis iurisdictionis, per tex. in.l.Imperium in fi.ĩ.tit. secundo põderando dictionem, etiam, ut ibi uolunt cõmuniter doc. & Bal. Alexã. & Caccial.dicentes non obstare definitioné iurisdictionis, quia.I.C.ibi ponit unum effectum iurisdictionis in specie, prout concernit personam iudicis tantum: quasi dicat, natura iurisdictionis est ꝙ sit delegabilis. Et de hoc late scripsi in.d.l.Imperiũ in xvi. quæsito.xv.autem secundum ordinẽ Bar.ubi consideraui delegationem esse etiam iurisdictionis quãdo simplicis iurisdictionis causa delegatur, quasi naturam assummens eius cui deseruit, sicut modica cohertio quæ in se uidetur mixti imperii, & sequitur naturam eius cui deseruit, ut scripsi in ea.l.Imperium, in quarto quæsito concludens secundum cõm.opi. modicam cohertionem non esse speciem per se iurisdictionis in genere, sed tanquam pedissequam, naturam sequi eius speciei iurisdictionis, cui deseruit.

Præterea etiam ꝙ facultas delegandi non esset simplicis iurisdictionis, non sequeretur per.d.l.ea quæ, magistratum municipalem non posse delegare. Dicit.n.ille tex. Ea quæ magis imperii sunt q̃ iurisdictionis, magistratus municipalis facere nõ potest. Non solum igitur requitur ꝙ sit mixtum imperium, sed ꝙ magis participet de mero; q̃ de iurisdictione: nam quando magis participat de mero regulatur ut merum, quando magis de iurisdictione, regulatur ut iurisdictio per.l.quæritur supra de sta.homi. Et ideo Bar.in.d.l.Imperium, quem sequuntur cõmuniter doc.tradit doctr. ꝙ duo ultimi gradus mixti imperii, competant iure magistratus, & possunt delegari. Dato ergo quod delegatio participaret de mixto imperio, ex eo ꝙ non fieret iudicis officio mercennario: tamẽ cum illud mixtum imperium parum participaret de mero, præsertim cum delegatio sit actus uoluntariæ iurisdictionis, concludendum esset nullo modo obstare d.l.ea quæ; & maxime attentis iis

quæ alias scripsi.§.in glo.in uer.quæ uero iure magistratus,declarãdo qui sint magistratus municipales, & qui defensores ciuitatum.

Quinto: Fulg.in.d.l.eum qui,rationem adducit, quia minimi magistratus non habent tot negocia & occupationes,prout maiores.

Dicebam: maiores habere pedaneos iudices & assessores,qui eos releuant ab oneribus causarum, ut in auth.de iudici.colla.6.quod non contigit minoribus, qui proportionabiliter plus oneris ferunt q̃ ipsi maiores.

Patet igitur ꝙ adducta contra cõm. opi.euertuntur. Pro cõmuni nunc.

Primo.l.more.§.tit. secundo ubi is
57 demum potest delegare,qui iurisdictionem suo iure, non alieno beneficio habet,sed magistratus etiam minimi habent iurisdictionem suo iure.i. ordinariam:ut patet ex tit.defenso.ciui.& in titul.de magis.municip.ergo etc. Nec ob.ꝙ.l.more dicat is demũ.etc. quasi uelit ꝙ requiratur ordinaria iurisdictio ad delegandum,sed nõ sequatur ꝙ omnis habens iurisdictionem ordinariã possit delegare.& sic, secundum Dec.negatiue ualet argumentum sed non affirmatiue:quia licet habeat quis iurisdictionem ordinariam, non sequitur ꝙ delegare possit,nisi sit de maioribus magistratibus; quia immo ex d.regula, sequitur,nisi aliter prohibeatur,cum uerũ sit ꝙ ordinariam habeat. nec aliud requiritur nisi ꝙ causæ sint delegabiles.Et qui uult dicere limitari regulã probare debet,ut tradit ipsemet Dec. in.l.i.ff.de reg.iur.

Secundo tex.in.l.imperium in fi.§. tit.secondo inducendo & respondendo obiectionibus, ut dixi supra circa quartum fundamentum partis negatiuæ.

Tertio.l.nostra in secunda regulã, quæ uero iure magistratus cõpetunt, mandari possunt; Sed facultas delegandi cõpetit iure magistratus.s.simplicis magistratus: ut probaui supra circa quartum argumẽtum partis negatiuæ ergo etc. Vel sic. iurisdictio competit cuilibet etiam minimo magistratui iure magistratus ergo etc.

Nec obs.responsio Dec.ꝙ tex.noster non loquatur de minoribus magistratibus sed de maioribus,quia uenit ad uersatiue ad præcedentia:cum aduersaturæ natura sit ꝙ in ea intelligãtur repetita præcedentia, exceptis iis qui bus expresse aduersaẽ,iuxta not. per Bar.in.l.mariti §.fi.§.ad.l.iul.de adul. nam Bar.ibi aliter loquitur.s.ꝙ natura aduersatiuæ est aduersari iis quæ sunt eiusdem generis:& magistratus minimi de genere magistratuũ sunt.
68 Præterea aduersatiua posita sine copula importat diuersitatem in iure & in facto,ut tradit Alex.in.l.eius col.8. nu.12.§.si cer.pe.& latius Ias.in.l.2.in antep.col.nu.11.cũ seq.ff.ne qs eũ qui in ius uoca.etc.aduersaẽ ergo in tex. nostro in facti & i iure:quia in præcedenti regula agitur de magistratibus maioribus tãtũ:itẽ de iis quæ delegari nõ possunt:in uer. Quæ uero agitur de quolibet magistratu etiam inferiore: & de iis quæ delegari possũt, & hoc modo magis aduersatur. Et ita cõmũniter intelligitur d.uers. Quæ uero, Et dicere ꝙ ea quæ iure cuislibet magistratus competunt, possint delegari,sed a maioribus tantum, nõ habet in se rationem: quia si causæ istæ competunt etiam minoribus, & sunt delegabiles,sufficiens diuersita-

tis ratio nō potest assignari quare potius per maiores q̃ per minores delegari possint; cum rationes in contrarium consideratæ, fuerint sublatæ supra circa tertium, & quintum fundamentum partis negatiuæ, &per.l.2.in prin.C.de peda.iudi.uide tamē.l.i.ꝗ. siquis ius dicen. Ad rationem Curt. iun.sub nu.36.uers.Tertiam,per.l.numerum.§.iudicandi.ꝗ.de mun.& hono. responde: ꝙ intelligitur exclusa malitia & fraus. Et ꝙ hodie cessat per §.illud in auth.ut defunc.uel fune.

Præterea' si solum prohibentur mādari ea quæ in priuilegium cōceduntur, & minoribus magistratibus non conceduntur in priuilegium:& ꝙ nō reperitur prohibitum censetur permissum.l.Nec non §.quod eis inquit ff.ex qui.ca.ma. & non prohiberi per l.Cum prætor.ꝗ.de iud.demonstraui supra circa secundum fundamentum partis negatiuæ,cōsequens est ut possint delegare.

Quarto tex.in auth.de exhib.re.in §.Si uero',colla.v.ibi,sed datus sit a quodā iudice,siue ex sacra forma aut iussione, aut etiam ab aliquo administratore. pondero implicatiuam etiā, quæ casum implicat magis dubitabi-
69 lem;& uerbum aliquo,quod uerificatur in minimo,iuxta glo.in clem.i.de for.compe. & sic intelligit glo.in.d §. Si uero',dicens,aliquo administratore minimo,puta a defensore ciuitatis. Nec ob.responsio Sozi.ꝙ ibi administrator accipiatur pro præside,cum id procedere posset si simpliciter de administratore loqueretur. Sed dicit, aut etiam ab aliquo administratore, Dec.non facit mētionem de illo text.

Sed Fulg.in.l.eum qui.ꝗ.tit.secundo ait,ꝙ licet intellec. glo.præalle,sit receptus a doc.tamen, secundum eū, non uidetur posse stare:quia subiicitur in tex.ꝙ si reus post iuramentum de sistendo in iudicio,& ante litem cōtestatam aufugerit, actor mittetur in possesionem rerum rei secundū mensuram debiti: sed ista non possunt expediri per minimos magistratus.l.ea quæ.ꝗ.ad mnnicip.ergo de necessitate uidetur dicendum ꝙ ille tex.loquatur de præside. Sed respondetur ut per glo.in d §.si uero in uers.iudex,ꝙ ibi intelligitur secundum terminos.l.
70 cognitio §.i.ꝗ.co. ubi mandari potest ut possessio bonorū detur etc. Et concordatur d §.i.cum.l.ea quæ ad municip. ut per Alex. in.l.iiii.in §. si intra diem nu.3.ꝗ.de dam.infec.las.in.l.lubere col.iiii.nu.10.ꝗ.ti.2.& Dec.in.d.l. Cognitio §. i. & in.d.l.Iubere col.4. nu.13.& 14.ubi scripsi.& ī summa d.l. ea quæ,cum si.procedat quando causa principaliter intentata esset mixti imperii, & de graui præiudicio agere tur,non de modico,sed.l.cognitio.§.i. cum si. procedat quando de modico agitur præiudicio: & ut reus comparreat ad prosequendam litem,ut loquitur tex.in supra alle §.si uero'.

Quinto.l.fi.ꝗ.quis & a quo etc.sed non facit:ut patet ibi a magistratibus populi romani cuiuscūꝗ ordinis,iuncta.l.cum prætor §.i.uer. Item ii quibus ꝗ.de iudi.& ita respondet Dec. hic nu.27.circa fi. Tamen ex aliis probatur cōmunis opi.

Concluditur ergo pro cōm.opi.contra Fulg.Sozi.Dec.& Cur.iun.ꝙ minores magistratus possint delegare.

Verum quia Dec.tenet ꝙ ex resolutione prædicti articuli pendeat resotio articuli principaliter propositi. An ordinarius possit delegare causam

ſam cum poteſtate ſubdelegandi; uidendum eſt an id uerum ſit? Et puto ꝙ non. Immo, dato ſine præiudicio ꝙ minimi magiſtratus nõ poſſent delegare cauſam cum facultate ſubdelegandi.

71 Probatur. Primo, quod poteſt fieri per generale mandatum, poteſt fieri per ſpeciale. l. cognitio in prin. ſ. eod. & ibi no. Fulg. & Deci. poſt alios: ſed mandata generali iuriſdictione tranſit facultas dandi iudicem. l. cum prætor §. 1. ſ. de iudi. Nec eſt ibi ſpeciale i legato proconſulis, ut probaui ſupra in rub. in ulti. q. & eſt cõmunis opin. ꝙ delegatus ad uniuerſitatem cauſarum poſsit ſubdelegare unã cauſam ut tradunt, Alex. & recentiores in. l. a iudice. C. de iudi. & in. l. more. ſ. tit. 2. ergo multo' magis poterit ordinarius maior unam cauſam delegare cũ poteſtate ſubdelegandi. Nec fiat uis inter mandatum generale & uniuerſale quia d. l. cognitio, ibi immo' etiã mandata generali iuriſdictione, iuncto exemplo ibi poſito delegato proconſulis, tollit difficultatẽ: & ſolutio quã tradit Pau. ca. & cõmuniter doc. ſ. in glo. in uer. non aliter, ad. l. quædam. ſ. de acqui. rer. domi. & ad. l. In modicis infra de contra. emp. demõſtrat ꝙ potius debeat dici mandatum generale ꝙ uniuerſale, & ſic debeat intelligi. l. ſolet. ſ. ti. 2.

Secundo: Ratio potiſsima quæ adducitur per Bar. Alber. Alex. & alios in. d. l. more pro comm. ꝙ ordinarius poſsit delegare unam cauſam cũ poteſtate ſubdelegandi, quam opi. ſequitur Alex. ibi retractans ea quæ dixerat circa hoc in in præalle. l. a iudice. C. de iudi. eſt quia ordinarius ipſe uidetur delegare ſubdelegato mediante perſona delegati, argumento. l. nõ diſtinguemus §. quæſitum. ſ. de arbi.

72 Vbi arbiter non poteſt arbitrari ꝙ ad alium arbitrum eatur, niſi ad hoc factum ſit cõpromiſſum ut arbiter ſtatueret cuius arbitratu ſatisdaretur: & per. l. item eorum §. ſi decuriones infra quod cuiuſque uniuer. not. ubi ſi decuriones decreuerunt procuratorẽ conſtitui quem duumuiri elegerint, is uidetur ab ordine decurionum electus.

Pro hac opi. facit tex. in. c. i. de procura. lib. vi. ubi procurator nõ poteſt ſubſtituere niſi in rem ſuam ſit datus, uel a domino ſubſtituendi alium etiã certa non expreſſa perſona, ſibi fuerit conceſſa poteſtas. Et ibi, Io. an. reſpõdet ad. l. 2. ff. de procura. ꝙ loquat̃ de incertitudine de qua in. l. duo ſunt titii. ff. de teſta. tute. quod patet quia ibi agitur de conſtitutione procuratoris quæ fit a principali. Et ex his patet non obſtare ꝙ delegatus ad uniuerſitatem cauſarum dicitur delegatus ex conſcientia legis, ut declaraui ſupra in rub. in ult. q. circa inductionem. l. cum prætor §. i. ſ. de iudi. quia & ordinarius facit hoc authoritate legis.

73 Et adde procedere argumentum regulariter de mãdato iuriſdictionis ad alia mandata. l. & quia in fi. ſ. tit. 2.

Non ob. tex. in. l. a iudice, nam illa limitatur in delegato ad uniuerſitatem cauſarum ſecundum cõm. opi. & ſimiliter quando ordinarius delegans conceſsit facultatem ſubdelegãdi rationibus prædictis. Et ſatis eſt ſpeciale in delegato principis quia ipſe poteſt ſubdelegare licet ſit delegatus ad unam cauſam, & ſibi non fuerit in delegatione conceſſa facultas ſubdelegandi.

Nec ob.c. Ad hæc de rescrip.ubi propter incertitudinem uidetur reiici delegatio; quia ibi incertitudo ueniebat certificanda per impetrantem, secundum comm.intellec. ubi per Ab, quod esset absurdum & inhonestum, ut ibi dicitur. Sed in casu proposito uenit certificanda per ipsum iudicem delegatum carentem suspitione, Ex his ergo patet, q̄ quicquid cóclu dendum esset in præcedenti articulo, in hoc uera sit cóm.

Secundo No. Dec. & Ias.& est primum no.Bar.& Alex.causas meri uel mixti imperii nó posse delegari. idq; Dec. colligit ex uer.& ideo uidentur errare.

Istud no.uidetur superfluum propter primum omnia compræhendés indelegabilia. Præterea hoc solum có plectitur causas meri & mixti imperii, & omnes:& non causas simplicis iurisdictionis:cum tamen & duo ultimi gradus meri & mixti imperii delegari possint, & tres maiores gradus simplicis iurisdictionis indelegabiles sint iuxta doctri.Bart.cómuniter approbatam in.l.Imperium col.3.cum duabus seq.ꝭ.titu.2. Præterea uers. Et ideo, solum explicat de causa quadã graui meri imperii.

Sed retento hoc no. declarato ut supra facit pro eo.l.nemo potest,infra de reg.l.solent circa prin.in uers. Nec enim supra de offi.proconf. quæ iura loquuntur de mero imperio.l.2.uers. Quod non ita.C.de peda.iudi.ubi, secundum comm. intellec. loquitur de causis meri & mixti imperii,ubi in quibus solebant ex officio suo cognoscere.

74 Ratio huius no. est,secundum doc. quia ex magnitudine dignitatis & grauitate causarum uidetur electa industria personæ arg.l.i.prope fi.supra de offi.præf.præto.ibi, credidit enim princeps eos qui ob singularem industriam etc.epistola inter claras in fi.C. de summ. trini, Harum tamé legum, prima loquitur de præf.præto.secunda de episcopis legatis Imperatoris ad Papam, & in re ardua maximi pó deris. Vnde non recte uidetur inferri ex illis ad casum nostrum. Dici tamé posset q̄ magnitudo dignitatis clarissimatus sufficiat, per.l.illicitas § qui uniuersas supra de offi.præsi.

Nec ob.q̄ etiam defensores ciuitatũ possint esse illustres,idest q̄ quãdoq; illustres uiri creati possint defensores ciuitatum,ut in auth.de defenso.ciui. circa si.prin.nam id raró accidere poterat: quia rari erant ciues illustres in aliis ciuitatibus præter romanam. Præterea attenditur solum dignitas ipsius magistratus, non personæ.l.si quando.C.de appel.& non concurrit in defensoribus ciuitatum grauitas causarum.

Nec ob.quod dicitur de legato pro consulis in.l.solent, in prin.supra de offi.proconf.in.l.i.C.eo.tit.quia speciale est in eo ut cognitio tantum criminalium causarum ei delegetur: ut explicat tex.in.d.l.solent. Et de hoc Ias.hic in quarta fallen. Cur.iun.nu. 34. Nec ob.l.fi.C.de agen.in reb.lib. xii. & l.tam collatores, C.de re mili. eo.lib.quia speciale est ut per Bar.ibi, & Curt.iun.hic nu.34.in magistro militum.

Et aduertendum q̄ Dec.male præsupponit,doctores unam tantum rationem magnitudinis.s.dignitatis adducere, & ait addere aliam.s.grauitatis causarum nam Alexã.Rimin.& Ias. hic

hic utranq; ponunt si rectè uerba ipsorum considerentur. Contra d. communem rationem adducebant quidam: primo q immò ex sola conceptione uerborum cẽseretur electa industria personæ per l.i §.de his.ĩ.de separa. ibi, prætoris erit uel præsidis notio, & non alterius: secundo q ubi electa est industria personæ non potest causa delegari etiam in casu necessitatis per l.i §.ne autem uers. Sinuero talis.C.de cadu. tollen. sed causæ meri & mixti imperii, graues possunt delegari in casu absentiæ ut in hac.l. nostra in uers. Huius rei ergo etc. Ad primum respondebam q non sola conceptio uerborum attenditur, sed talis conceptio quæ comprahenda: prædicta duo in subiecto habili. idque probabam per.c.fi.§.is autem de offi.deleg. Ad secundum q hic agitur de iurisdictione, ibi de ministerio industriali: sic in .l. inter artifices .ĩ. de solu. & de uno ad aliud non ualet argumẽtum d.c.fi.in fi.de off.dele.& ibi Ab. nu.3.ubi ponit differentiam inter ministerium industriale de quo ibi, & ministerium non industriale de quo in.c.is cui de offi.deleg.libr.6. Et ui.Cur.iun.hic nu.28.usque ad 32. opponebam ego q ubi electa est industria personæ delegare non potest etiam delegatus principis c.fi §.is autem uers. Præterquam de offi.deleg. & tamen delegatus principis potest delegare causas indelegabiles, Bart. hic num.10.& est cõm.Ias. sub. nu.63. Dec.col.fi.Curt. iun.nu.80.Pata.nu. 195.Collega meus negauit hanc esse cõm. Vi.quæ dico infra num.77.100. & Pata.nu.30.multa adducentem cõtra dictam communem rationem, & respondentem.

Circa istud secundum no.quâtuor uidenda sunt secundum Dec.omissis iis quæ ponit Ias.

Primum An procedat de iure can.q causæ meri & mixti imperi, ut supra non possint delegari?

Secundum An ei derogari possit de consensu partium in causis meri imperii?

Tertium An ei derogari possit de cõsensu partiũ in causis mixti imperii?

Quartum An reseruata principi possint delegari a Comite palatino, cui concessa sint?

77 Quo ad primum cõmunis opi.est q non procedat de iure cano.sed q illo iure delegari possint causæ meri imperii, gl.fi.in.c.in archiepiscopatu de rapto.gl.pe.in.c.quod sedem de offi. ordi.& ibi Ab.& Fæli. Alexan.hic & Ias.in 7.limi.

Dec.contra: quia non facilè persecutari potest q ratio supra assignata cesset de iure cano. cum etiam eo iure si electa sit industria personæ causã delegari non possit c.fi §.is autẽ de offi. dele.c.is cui eo.ti.libr.6. Et ista ratione secundum eum, etiam de iure can. non possunt delegari reseruata summo pontifici. Subdit q si sola grauitas causæ non impediret delegationem de iure canoni. idem esset de iure ciui. quia causæ graues debent in priuilegium reseruari.& si reseruatæ sint in priuilegium, idem erit de iure cano. secundum eum quare sequitur opin.Imo.& Io.de anan. contra cõm. Et circa hoc ui. Fely.in.d.c.quod sedem.

Nõ uideo quomodo procedere possit illatio Decii ex diuersis: aliæ nanq; rationes militant de iure cano. Nam ecclesiasticæ personæ nõ possunt per

se ipsas imponere pœnã sanguinis.c. Clericis ne cleri.uel mona.c.si.eo.tit. lib.6.& ideo delegare debent, nec effi ciuntur irregulares ex sententia sanguinis per eorum delegatos prolata. & sic habetis casum in quo faciens per alium non habetur ac si per se ipsum faceret iuxta regulam.c.qui facit per alium de reg.iur.lib.6.l.1.§.de fecisse.ſ.de ui & ui arma. Ecce ꝙ diuersa ratio militat de iure can. & ubi de iure ci. casus necessitatis facit limitationem regulæ prohibitiuæ; de iure cano. necessitas inducit regulam affirmatiuam, ne delicta remaneant impunita per.l.Ita uulneratus §.fi.ſ. ad.l.aquil.

Grauitas ergo causæ de iure can. operatur ꝙ electa uideatur industria personæ, & cõsequenter delegari nõ possit, quando ipse ordinarius non prohibetur cognoscere per se ipsum. Quomodo autem cognoscatur quãdo de iure cano. sit electa industria personæ tradit Ias.hic nu.29.cum pluribus seq.

79 Videretur autem dicendum ꝙ cũ cessante causa, cesset dispositio.c.Cũ cessante de appella.l.adigere §.quam uis.ſ.de iur.patron.si constitutus esset a papa ordinarius laycus, prout plerunq; fit, nõ posset ille ordinarius delegare causas meri imperii indelegabiles de iure ci. nisi, dicas id nõ procedere quia de iure cano. non militat huiusmodi regula prohibitiua; & in locis temporaliter subiectis ecclesiæ seruatur ius can.& nõ ius ciuile. Caue quia de iure cano. militat ratio ꝙ electa censeatur industria personæ, data habilitate terminorum.

Vlterius aduertendũ ꝙ hodie istud merum imperium non uidetur de cõsuetudine reseruari in priuilegiũ cũ passim concedatur magistratibus ciuitatum & oppidorum ac etiam castrorũ. Sed tamen uidemus ꝙ in hoc dominio potestates castrorum nõ cognoscunt causas meri imperii, ut potestas Palariæ, Peccioli & similes.

80 Illud etiam notandum est ꝙ hodie dignior habetur iudex causarum ciuilium q̃ iudex causarũ criminaliũ: & per statuta & consuetudinem maior qualitas requiritur in iudice causarum ciuilium q̃ causarum crimi & ꝙ magistratus nostri temporis tantã dumtaxat habent iurisdictionẽ, quantam sibi concedunt statuta ut tradit Sozi in consilio.108. Supposito statuto: col.4.nu.14.lib.4.Dec. in consilio quinto, In causa dominæ: & passim alibi. Vi.tamen quæ ser ipsi in l. Imperium.ſ.tit.secondo.

81 Quoad secundum: concludit Dec. causas meri imperii non posse delegari etiam de consensu partium per gl. fi.in l.1.C.de peda.iudi.quæ generaliter loquitur ꝙ etiam consensus partium non tribuat iurisdictionem delegato ab incompetenti per.l.priuatorum.C.de iuris.om iud. ubi priuatorũ consensus iudicem non facit eũ q nulli preest iudicio: & per.l.quas prohibet.ſ.de postul. ubi consensus partis nõ operatur ꝙ omnimodo prohibitus postulare, admittatur. Et similiter de iure can. quando censetur electa industria personæ, non potest causa delegari etiam de consensu partium.d.c.si.§.Is autem de offi.deleg.

82 Quo ad tertium, Dec. paucis concludit causas mixti imperii de cõsensu partium delegari posse, cum respiciant priuatam utilitatem: quod patet ex definitione mixti imperii; & iuri

iuri suo quilibet renunciare possit.l. pe.C.de pac.& sic gl.in.d.l.i.C.de peda.iudi.restringi debet, secũdum eũ, ad causas meri imperii,in quibus agitur de publica utilitate. Et hanc opi. simpliciter tenuit Pata.hic nu.48,nihil allegans.

Aduertatis queso.Nonne idẽ Dec. conclusit,secundum comm.opi. ꝙ tã causæ mixti imperii q̃ meri.prohibẽtur delegari, quia in eis censetur electa industria personæ, & ꝙ etiam de iure cano.ubi electa est industria personæ, causæ non possint delegari: & tamen breuiter & sicco pede firmat prædictam cõclusionẽ ꝙ causæ mixti imperii possint de consensu partiũ delegari: non faciens mentionem de doctoribus qui contrarium determinant: & non aduertens ꝙ ubi censetur electa industria personæ, non potest causa delegari etiam de consensu partium d.c.fi §.is autem.

Videamus An hæc opi.Dec.defendi possit? Et pro ea adducitur.

Primo:In iis quæ priuatam respiciũt utilitatem quilibet potest suo iuri renunciare.l.pe.C.de pac.c.Ad apostolicam de regulari. Responde non tamen dare iurisdictionem.d.l.priuatorum,cum iurisdictio sit potestas iure publico introducta etc.

83 Secundo.l.2.§.Sed si iudex.ff.de iudi.ubi,si a principe iudex datus sit ad tempus, potest de consensu partium tempus prorogari,ergo etc.per argumentum,de tempore ad personam.

84 Tertio.l.de qua re §.i.ff.de iudi.ubi, iudex qui usque ad certam summam iudicare iussus est,etiã de maiori poterit iudicare de consensu partiũ per argumentum de re ad personam;

Quarto.l.inter conuenientes.ff.ad muni.ubi,partibus conuenientibus, magistratus mnnicipalis de re maiori cognoscere potest.& res maior potest intelligi respectu quantitatis & qualitatis.Sol.ut ibi in glo. Contra Dec.facit.

85 Primo.l.i.& ibi glo.fi.ff.de iudi.ubi prorogatio de persona ad personam fieri solum potest quãdo persona ad quã fit prorogatio, tribunali preest, uel aliam habet iurisdictionẽ quod ultimum gl.intelligit de delegato ad uniuersitatem causarum, & sic istud ultimum non conuenit hic,quia primi quatuor gradus mixti imperii nõ delegantur. Et ꝙ de persona ad personam non possit prorogari iurisdictio deleg.est text. in.c.P.& G.de offic.deleg.rationem tradit Cur.iun.in l.i.sub nu.30.ff.de iudi.

Secundo .l. priuatorum.C.de iur. om.iudi.Hoc nõ urget immo urget.

Tertio regula prima negatiua legis nostræ secundum comm. intellec. Si lex specialiter prohibet cõsensus partium nihil operatur.l.2.§.sed si iudex infra de iudi.ubi tempus prorogari nõ porest si a principe specialiter fuerit facta prohibitio.

Quarto Authoritas glo.fi.in.d.l.i. infra de iudi. ubi per text.huius nostræ legis concludit ꝙ prorogatio iurisdictionis non habet locum nec in

86 causis meri imperii nec mixti,nec in aliis indelegabilibus nisi in eum iudicem qui haberet merum imperiũ per l.i.C.ubi de cri.agi opor.Et idem tenet glo.in specie in causis mixti imperii,in d.l.inter conuenientes Pau.ca. in.d.l.i.de iudi.& apertius in.l.i.C.de peda.iudi.post glo.fi.ibi dicens ꝙ licet partes possint prorogare iurisdictionem iudicis,nõ tamen facere pos

sunt ꝗ causæ prohibitæ delegari a lege posſint delegari: cum fauore publico emanauerit prohibitio cui renũciari non poteſt.l.ius publicum.ff.de pac. Et hanc q.excitauit Curt.ſeni. hic in prima apoſtil.mag.ad Alex.cõcluditq; idem ꝗ Pau.ca.licet ipſum non alleget.Facit.l.nemo poteſt,de lega.primo.l.non dubium.C.de leg.& ꝗ lex non debet eſſe illuſoria.l.ſi prætor.§.de iudic.& ꝗ non poſſit cauſa delegari etiam de conſenſu partium quando cenſetur electa induſtria perſonæ,eſt tex.in.c.fi.in.§.is autẽ in ſecunda parte de offi.deleg.

87 Poſſet forſaſſe huic reſponderi ꝗ ibi non agatur de iuriſdictione ſed de miniſterio induſtriali prout uidetur probari in eo.c.fi.in.§.fi.ibi quia non ſibi iuriſdictio ſed certum miniſterium potius cõmittitur in hac parte,nã dicit text. in.d.§.Is autem:præterquam ſi inquiſitionem fieri uel eccleſiis de prælatis,uel aliis miniſtris prouideri mandaremus.& intelligo de inquiſitione facti,immo §.Is autem loquitur in iuriſdictione §.fi.in miniſterio ut patet ex ratione in illis § §.adducta.Et agitur ibi de intereſſe publico & religionis ac fidei.Sic etiã loquitur c.Is cui, de offi.deleg.libr.6. Et aduertendum ꝗ Dec.hic ſub nu.28.equiuocauit,dũ in uerſ.& regula. dicit ꝗ de iure can. cauſa quæ non poſſet delegari quia eſſet electa induſtria perſonæ, poterit delegari de conſenſu partium d.c. fi.§.Is autem de offi.deleg.ubi tamen contrarium probari uidetur, ponderando ꝗ exceptiue' loquitur tex. ibi præterquam etc.Et Curt.iun.hic ſub nu.24.& 25.dicit per illum tex.ꝗ quãdo uidetur electa induſtria perſonæ ex ui uerborum,puta per uerbũ perſonaliter, tunc de conſenſu partium, fieri poſſit delegatio,ut in d.§.Is autẽ in prima parte,ſecus quando ex natura negocii, ut ibi in ſecunda parte. Mihi uidetur ꝗ illæ tex. probet ꝗ in primo reſponſo non erat electa induſtria perſonæ.

Patet igitur comm.opi. ueram eſſe: nam ad adducta pro opin.Dec.patet ſolutio ex ſupradictis: quia ſi ipſe ordinarius delegare nõ poteſt, lege prohibente,conſenſus partium nihil operari poteſt cum agatur de iure publico facit.l.3.iuncta.l.qui in poteſtate de teſta.

Quo ad quartũ An reſeruata principi prout legitimare & ſimilia, poſſint delegari a comite palatino cui ea conceſsit.

88 Alexã. hic nu.6.concludit ꝗ in iſtis etiam de iure can. propter grauitatẽ & excellentiam negocii preſumitur electa induſtria perſonæ,& ideo' comes pal.non poſſit ea delegare etiam de iure can.alle.doc.in.c.quod ſedem de offic.ordi. & alibi ut hic per eum. Et hanc cõcluſionẽ tradit Fely.in d. c.ꝗ ſedem col.2.nu.2.2.Iaſo.hic.nu.28 in fi.Curt.iun.nu.33.quædam breuiter in contrarium adducens. Dec. autem nu.30.contra iſtam concluſionem adducit.

89 Primo:c.fi.de offi.ord.ubi ordinarius cui competit facultas abſoluendi ab excõmunicatione propter uiolentam manuum iniectionem in clericum, poteſt abſolutionis facultatẽ delegare: & tamen reſeruatur Papæ 17.q.4.c.ſiquis ſuadente.

Reſpondet Dec.ꝗ cum ſit ſolita cõmitti, reputatur de non reſeruatis.c. quo ad tranſlationem de offi.leg.ibi & ſi quædam etc. Sed iſtud.c.id non

probat uult.n.ꝙ absolutio propter manuum iniectionem in clericum, uideatur ex ipso legationis officio concessa legato, quia consueuit legatis hoc indulgeri non tamen sequitur ꝙ competat aliis ordinariis. Et.d.c. fin.loquitur de absolutione concessa in certis casibus, in quibus non reseruatur papæ. Præterea ibi agitur de periculo & fauore animæ.

Secondo licet ea quæ pendent a uo
90 luntate principis censeantur impossibilia.l.idem Iuli §.fi. de lega.i.tamen si solita sunt concedi non reputantur impossibilia, ut ibi scribit Alexã.per illum tex.in fi.dum dicit, cum distrahi non soleant.

Tertio quia delegatus principis potest subdelegare causas meri imperii secundum Bar.hic.nu.10.quem doc. cõmuniter sequuntur.

Respondebam non procedere argumentum de eo quod est minus ad id quod est plus.causæ nanquam meri imperii indelegabilis competunt maioribus magistratibus iure ordinario licet in priuilegium. Sed reseruata principi nulli competunt nisi quibus princeps specialiter concesserit, nec etiã senatui ut uidimus supra circa gradũ siue ordinem superillustriũ in primo exemplo de senatoribus. facit tex.in c.Si pro debilitate in fin.de offi.dele.cum ibi not.per Dec.in tertio no.nu.4.ubi traditꝙ etiam ex cau
91 sa non possunt a delegato principis delegari causæ ualde graues.

Tertiū exemplum gl. de causis pecuniariis & maxime uilibus, & leuibus criminibus ut in auth. de defenſ. ciui.§ & iudicare & §. audient subdit gl. hic & similibus, intelligens de captura & carceratione in causis criminalibus grauibus, ut in d §. audient. Alle. etiam gl.l.ii.C.de magi. muni. &.l.fi.C.de iudi. In.l.2. Magistratus conficiendorum actorum habeāt potestatē, quod intelligitur de insinua-

129 tionibus donationum & similibus ut ibi per glo. remissiue, in.l.fi. libellus recusatorius iudicis delegati suspecti, si fuerit absens iudex recusatus, & præses non sit in eo loco, potest offerri corā defensore ciuitatis, uel duū uiris municipalibus: qui compellent partes eligere arbitros qui de suspitione cognoscant. Circa hanc secundam partem glo. doc. nihil.

Considerabam ꝙ glos. uidetur non constituere differentiam inter defensores ciuitatum, & magistratus municipales: sic etiam Bar. in prin.l.& nu. 1.& doc. sequuntur non improbādo. Vel quia uelint ꝙ sit idem magistratus, uel quod idem possit uterq; magistratus.

Si primo intelligerent modo, esset in euidēti errore per d.l.fi.C.de iudi. & quia titulos distinctos habemus, C.de defenso.ciui.&:C.de magi.muni.ubi gl.rubr.dixit.s.in tit.de magis.muni. ꝙ ibi tractatur de magistratibus castrorum & uillarum,non ciuitatum.quod reprehendit Alcia.& recte' lib.iii.dispunc.c.v.sed non recte' dicit magistratus municipales esse decuriones:ut.ī.demonstrabo. & ad ea quæ dixi de diuersitate facit.l.ii.&.l.defensores l'ultima.C.de defenso.ciui.iuncta.l.honores §.is qui.ff.de decurio.,

Si secundo modo, ꝙ eadem sit potestas istisduobus magistratibus,nullo iure probatur: nam auth. de defenso.ciui.de ipsis defensoribus tantum loquitur.Nec eadem militat ratio in utrisꝗ quia si uolumus, ut placet Al
31 cia.& uerum est ꝙ magistratus municipales sint etiam in ciuitatibus.cum in ciuitatibus sit defensor ciuitatis ad quem pertinet iurisdictio eorū quæ in ciuitate post præsidē cognosci possunt.l.i.& per totum tit.C.de defenso.ciui.& in auth.eod. tit. sequitur ꝙ magistratus municipales modicā haberent authoritatem sibi ex lege municipii seu consuetudine concessam iuxta.l.i.C.de emanci. libe. iūcta gl. ibi quæ primo loco bene' loquitur, dum dixit duum uiros esse magistratus municipales.& ut dixi nunc,debet intelligi.l.inter conuenientes.ī. ad munici.& auth.nisi breuiores, cū ibi no.per Bar.C.de sen.ex breui.reci.facit.l.i.ī.siquis ius dic.non obtempe.idꝗ apertius patebit statim.

Operæprecium est declarare breuiter,qui uere' sint magistratus municipales. Non.n.est uerum ꝙ sint decuriones,ut uoluit Alcia.loco supra alle.licet ex decurionibus eligantur.l. honores §.is qui.ī.de decuri. nam decuriones sunt consiliarii ciuitatū ut est text.in.l.pupillus §.decuriones.ī. de uer.sig. & gl.in rub.C.de decu.lib.x.idꝗ patet etiam per totum ti.ff. &.C.de decuri.lib.x.& per.l.Item eorum §.si decuriones &.l.sicut.§.in decurionibus.ī.quod cuius uniuer.no. & in ti.ī.de decre.ab ord. faci.Ex decurionibus,ut prædixi,eligūtur duū uiri quod probatur etiā in.l.si ad magistratum.C.de decur.lib.x.in.l.sicut proponis. C.quomodo prouo. non est neces.Azo in summa.C.de decur. Duumuiri autem sunt ipsi magistratus municipales ut aperte' probat.l. iiii.§.si intra diem.ī.de dam.infec.l. fi.C.de iudi. & dixit eleganter Pauca.in.l.fi.in prin.nu.i.in fi.C.qui admit.ꝙ priores & similes qui sunt deputati super negociis ciuitatis appellabantur olim duumuiri.

Sunt igitur duumuiri magistratus municipales : hi nunc appellantur priores, uel antiani , uel consules, ciuitatum, oppidorum, uel castrorum, qui non præponuntur iuridicendo sed negociis & administrationi rerum ipsius uniuersitatis. Nō potest ergo dici ꝙ ipsi haberent eadē iurisdictionem quæ postea concessa fuit cumulatiue', non priuatiue' defensoribus ciuitatum qui de iure digestorum erant incogniti quia nō adhuc introducti,ut dicebat Cagnol.in l.ii.in uers.cumꝗ consules nu.432.supra de orig.iur.& introducti fuerunt ut ius dicerent in causis pecuniariis non excedentibus summam aureorū quinquaginta.l.i.&.3.& toto tit.C.de defenso.ciui. & eligebatur defensor ciui-

ciuitatis ut in.l.ii.&.l.defensores la
132 quarta.C.de defenso.ciui.& in auth. eo.tit.in prin. & per ius auth.fuit am pliata eorũ iurisdictio usque ad summam trecentorũ aureorum. Hodie potestas ciuitatis subdnæ esset loco defensoris ciuitatis, in specto iure cõmuni, sed quia statuta & superior cõcedunt ei merum & mixtum imperiũ prout ius cõmune, præsidi, æquiparatur ipsi præsidi ut tradit Dec. supra in euidentialibus nu.25. Potestates Peculii, Palariæ & similium castrorum qui cognoscunt de quibusdam causis pecuniariis, & non de criminalibus, possunt equiparari defensoribus. Ad l.duumuirum, C.de decuri.lib.x.dic ut ibi per gl.& de duumuiris.l.siquis uxori §. fugitiuum .ff. de fur. quem text.intelligo de duũuiris romæ.imo' de magistratibus municipalibus l.liminarchæ .ff.de ser. fugi. & ad.l. dunmuirum.C.de decu.lib.x.respon de ut per glo.ibi.

In tertia parte, glo. declarat ꝙ tunc non possunt delegari causæ quando particulariter, specialiter & in priuilegium tribuuntur maioribus magistratibus: secus si demandaretur generaliter iurisdictio alicui ex maioribus, ut quæstori: & sic omnium causarum unius prouinciæ cognitio; nã posset delegare causas delegabiles, non attento ꝙ posit dici specialiter commissa generalis iurisdictio, cum prius iure ordinario nõ competeret: alle.tex.in auth.de man. prin.§ prin. & in §.sit tibi & in §.Deinde competens uers. quod si delinquẽtes, ubi in effectu Iustin.concedit generalem iurisdictionem Tribuniano quæstori sacri palatii tum in criminalibus quã in ciuilibus, quæ generalis iurisdictio prius non competebat quæstori, ut patet in tit.ff.&.C.de offi.quæsto.Sed aliæ ll.per glo.alle.non uidẽtur facere ad rem, ut.l.si in aliquã §. si.supra de offi.procons.l.1.§.cum urbem supra de offi.præfe.urb.l.omnia supra de offi.præsi.nã prædictis magistratibus a principio in eorum creatione fuit concessa generalis iurisdictio. Doc.cõmuniter sequuntur.

Aduertendum ꝙ gl. uidetur sibi ipsi contraria dum in prima, & secunda parte intellexit iure magistratus minimi. Dic intentionem eius fuisse ꝙ cætera quæ minimis non conceduntur sint indelegabilia.

Fulg.discedens ab ista cõmuni sententia, contra eam mouetur.

Primo quia uerbum specialiter in tex.positũ determinat & respicit causas, non personas: cum in ipsa prima regula nulla fiat mentio iudicum; impersonaliter.n.loquitur tex.

Respõdet Ias.nu.61.in fi.propter aduersatiuam sequentem sine copula, etiam sic aduersantem in facto & iure. Nihil est: quia & in facto & in iure aduersatur etiam sic. Dec.nu.43. retorquet responsionem Ias.Sed profecto' cum causæ non cõcedantur in priuilegium nisi maioribus magistratibus, ad eos necessario' referuntur illa uerba, quæcũq; specialiter tribuuntur.sed hoc negat Fulg. Probatur tamen ex.l.illicitas §.qui uniuersas supra de offi. præsi.iuncta.l.magistratibus.ff.tit.2.cum si, Instabat etiã Dec. contra Ias.quia, secundum eum, præcedentia magis influunt in sequentia ꝙ e contra secũdum Bar.in.l.quisquis de lega.tertio sed hoc non facit: quia etiam ex sequentibus declarantur præcedentia, ut probat ille tex.in

fi.& l.si seruus plurium.§.fi.de leg.i.
& uolunt doc.hic & Pau.ca.dum ait,
q cū in secunda regula dicat I.C.man
dari possunt,colligitur q i prima mā
dari non possunt.

Secūdo Fulg.per.l.ea quæ.ī.ad mu
nici.in uers.Magistratibus, iuncta.l.
133 fi.C.ubi & ap. quem etc.In.l.ea quæ
magistratibus municipalibus nō per
mittitur in integrum restituere.In.l.
fin.delegatus tam particulariter q̄ ad
uniuersitatem causarum potest in in-
tegrum restituere & minores & maio
res. Ecce q potest delegari restitutio
in integrum, & non competit magi-
stratibus municipalibus ergo etc.

Respondet Alex. nu.31. q cum de-
134 legari nō possint causæ meri uel mix
ti imperii, intelligendo secundū do-
ctri.Bar.in.l.imperium.ī.tit.2.& cau
sa restitutionis in integrum sit mixti
& requirat plenam causæ cognitionē
& sic sit quarti gradus mixti imperii
qui est indelegabilis ut per Bart.in d.
l.imperium nu. 20. necessario dicen-
dū est q sit casus specialis: & ait Ale-
xan. propter causæ æquitatem & uti
litatem asserens ita cōmuniter tenere
doc. post gl. in d.l.fi.non autem fauo
re minorum ut uoluit Bar. in d.l.im-
perium sub nu.20.& in.l.iiii §.si intra
diem sub nu.4.ī.de dam. infec.quia
d.l.fi.expresse loquitur etiam de re-
stitutione maiorum.

Videtur tamen periculosa ratio per
Alex. tradita:nam fauor est ut causæ
135 cognoscantur per maiores iudices.l.
non distinguemus §.Iulianus.ī.de ar
bi.Nec ratio æquitatis uidetur consi
derabilis in hoc q p istum uel illū iu
dicem cognoscatur:sed in eo q ratio-
ne lesionis propter fragilitatem æta-
tis, uel aliam iustam causam restitu-
tio cōcedatur,similiter utilius est cau
sas per maiores iudices cognosci: nā
melius cognoscent ii quorum indu-
stria electa est.& si fauorabilius ergo
utilius.

Præterea considerandum est q oēs
in integrum restitutiones a prætore
causa cognita cōcedebantur.l.omnes
ī.de in integ. resti.& tamē in.d.l.fi.in
prin.C.ubi et ap. quem ait Iustin.du
bitatum fuisse an causæ restitutionis
in integrum cognosci possent apud
pedaneos iudices.i.delegatos ut ibi
declarat glo. ergo patet q illa.l.fi.nō
emanauit ad inducendam specialita-
tem,sed ad tollendā dubitationem.&
si casus erat dubitabilis, cōsequēs est
q secūda regula.l.nostræ nō p̄cedat
eo modo quo uolunt cōmuniter doc.
scilicet q ea tantum delegari possint
quæ competunt iure magistratus cu
iuslibet minimi: & sic municipalis.
quia si hoc fuisset,cū habeamus text.
apertum in d.l.ea quæ.ī.ad munici-
pa.q magistratibus municipalibus
non permittitur in integrum restitue
re:non potuisset admitti dubitatio.l.
ancillæ cum ibi not.per Pau.ca.C.
de fur.

Hinc nostræ considerationi respon
debat olim.D.Vegius tūc meus col-
lega,in disputationibus circularibus
q in d.l.fi.non uertebatur dubitatio
respectu iuris.ff.sed aliorum poste-
riorum.Cui replicabam non adduci
alia iura posteriora, nec reperiri circa
hunc articulum:& q Iustin.absolute
dicit,cum scimus esse dubitatum: &
postea iuris quoque ueteris mentio-
nem facit. Ex his sequitur q gl.in.d.
l.fi.in uers.& ueteribus in fi.dum di-
cit correctam esse per illam.l.fi.præ-
alle.l.ea quæ,non recte loquitur.Ad

trx.

text.in supra alle.l.omnes responderi potest quod licet expresse cōmitteretur prætori causa restitutionis i integrū, non tamē in priuilegium, per ea quæ scripsi supra in glo.in uer.specialiter.

137 Aduertendum etiam non uideri uerum quod aiunt quidā recentiores ut Curt.iun.nu. . per gl.in rub.C.de peda.iud.delegatos esse niliores magistratibus municipalibus, nam cōfunditur per gl.in.l.fi.eo.tit.de peda.iudi.nec rationabile dictum esse nō permittitur hoc magistratibus municipalibus;ergo maiores magistratus id expedire non possunt per delegatos: nam magistratus municipales & sic priores siue antiani ciuitatum uel castrorum cōmuniter sunt personæ nō habentes iuris aut iudicandi peritiā, eorum officium principaliter uersatur circa administrationem rerum & negociorū uniuersitatis municipii: sed causæ nō solent delegari nisi uiris peritis.& pro hoc auth.de iudi.§ prin.

138 Tertio monetur Fulg.quia mittere in possessionem ex primo decreto est mixti imperii,& non competit magistratibus municipalibus d.l.ea quæ ad munici.&.l.iubere cauere.§.tit.secondo,& tamen delegari potest.l.cognitio.§.ut possessio.§.eo.

Respondet Alex.hic ut per gl.in.d.l.cognitio,quæ declarat illū tex.procedere,quo ad cognitionem & pronūciationem,non quo ad ipsam missionem.Pro hac sol.l.4 §.si intra diem.§. de dam.infec.præsertim ibi,nam & si a prætore missus non admittatur,iūcta gl.ibi rationem differentiæ assignat Curt.iun.hic nu.29.quia in tali actuali immissione solēt euenire scādala:& ideo si fiat authoritate maioris iudicis facilius cessabunt scandala.quæ rationon placet, quia per nūcium curiæ fit missio, nec solent in tali missione fieri scandala, & cum fiat anthoritate legis, hoc sufficit ut homines abstineāt a scādalis.quin. non timet legē,nec magistratus maiores: cū ipsi nō possint nisi quod lex permittit.

Circa istā tertiā difficultatē ui.quæ scripsi post doc. in .d.l.iubere cauere. Concludebat ex prædictis tribus argumētis Ful. fuisse de mēte I.C.put etiā uerba sonāt, quod ea quæ specialiter lege etc.nō possint mādari,nō distinguendo an maioribus an minoribus: ponens multa exēpla. ut legis iuliæ de adul.legis iul.de ui de quibus in.l. nostra:item per.l.i.in prin.§.de re.eo. &.l.ii.ti.nostro per.l.Cum hi in prin. iuncto §.sed nec mandante.§.de transac.per.l.muto.§.tutoris datio.§.de tute.iūcta.l.nec mādāte de tut.& cura. da.ab iis etc.Nec obstare quod lega. pro

139 cōsulis possit dare tuto.l.pe.supra de off.procōs.qa nō ui delegationis, sed ex speciali cōcessione principis,ut ibi per gl.& est tex.in.l.i.circa fi.§.de tuto.& cura.da.ab iis etc.item in licentia iudicis dandi.l.cum prætor.§.i.§. de iudi. Sed ea quæ competunt iure sui magistratus possint mandari: & propterea missio in possessionem ex primo decreto competens prætori iure sui magistratus, quia procedit ex edicto suo tantum, potest mandari d.l.cognitio.§.i.§.eod. Et hac ratione dicit missionem in possessionem ex primo decreto tam in causa damni in fecti q̄ etiam in causa actionum personalium contra latitantem, posse mandari. Vnde .I. C. in.l.iiii.§.duas

140 de dam.infec.dixit,cætera suæ iurisdictioni reseruauit,loquens de secondo decreto. Et respondet ad.l.nec quic

quam §.ubi decretum supra de offic.
procons.ꝙ non approbat tertium in-
telle.ut.s.ibi accipiatur terminus ille
per libellum.i.per delegationem: sed
primum de quo ibi per gl.ꝙ senten-
tia expediretur parte absente per lit-
teras. Et sic patet, secundum eum, ꝙ
etiam ea quæ cõpetunt minimis ma-
gistratibus aliquando non possunt
mandari, ut ius dandi tutores.l.ius
dandi.ſ.de tuto.& cura. da.ab iis etc.
iuncta.l.nec mandante eo.ti.quia spe
cialiter eis cõmittitur. Et dicit ꝙ hæc
sua opi.est uera sicut Deus est in cæ-
lis: & uellet, si est uera, habere paradi
sum, sin autem damnari ad inferos:
tamen in iudicando non recedendũ
a cõi. Volui eius uerba referre, quia
pauci habent enarrationes illius.

Quædam alia considerat Dec.con
contra cõm.intellec. quæ in effectu
alias dicta fuerunt supra.

141 Quarto, ultra alios adducebam cõ
tra cõm.intellec.ꝙ non solum magi-
stratibus municipalibus quibus mi-
nus iurisdictionis concedebatur, sed
nec de fensoribus ciuitatum ante ius
auth.cõpetebat iurisdictio ultra sum
mam quinquaginta aureorum.l.i.C.
defenso.ciui. Et tamẽ causæ maioris
summæ delegari poterant ut probat
in.l.ii.in prin C.de peda.iudi.facit.l.
nostra ibi, cum alias iurisdictio etiam
a præsente mandetur.l.solet cum.l.
seq.ſ.tit.2. Et particulariter.l.si quis
libertatem §.plane cũ ibi no.per Bar.
142 nu.9.ſ.de peti.here.ubi ꝙ causa liber
tatis & seruitutis delegari possit ꝙ &
uoluit Bar.in.l.Necquicquã §.ubi de
cretum col.4.supra de offic.procons.
& cõmuniter sequuntur doc.& tamẽ
constat precium serui etiam ubi ratio
ne communionis & fauore libertatis
143 minoris estimaretur, posse summam
quinquaginta aureorum excedere.l.
i.in fin.prin.C.de comm. Ser.manu.
Nec ob.l.quicũꝗ.C.de ser.fugi.quia
loquit in seruo fugitiuo, & sic uitioso

Respondebat D.Vegius in dispu-
tationibus circularibus ꝙ de iure .ff.
magistratus municipales cognoscere
possent de qualibet causa pecuniaria
in infinitũ. Quod ego falsum esse de-
mõstrabã per.l.inter cõuenientes, iun
cta gl.ſ.ad muni.& per alia quæ dixi
supra in secũda parte huius gl.declarã
do qui sint magistratus municipales.

Quædam adducit Curt.iun. supra
in secondo.no.nu.35.usꝗ ad.40.con-
tra cõm.intellec. sed leuia. Nec pla-
cet quod ait Curt.iun.hic nu.54.pro
concordia opinionũ: per.c.si §.is aũt
de offi.dele.ubi patet ꝙ ex qualitate
causæ tantum censetur electa indu-
stria personæ.& per ea quæ dixi pro-
xime in quarto argumento.

Quinto contra commun.intelle.
adducit Pata. nu.107.l.i.§.suspecti.ſ.
ad turpil. iuncta.l.i.§. damus de su-
spec.tut. Et respondet id permissum
propter utilitatem pupillorum.l.3 §.
præterea &.l. suspectus.ſ.de suspec.
tut.Adde.l.Cognitio in prin.ſ.eo.ti.
nostro sed aduerte ꝙ repugnare uide
tur generalis ratio adducta in.d.l.i §.
damus de susp.tut.Et ad.l.i.§.suspe-
cti ad turpil. responderi potest proce
dere quãdo ageretur criminaliter iux
ta.d.l.i.§.fi.cum.l.seq.de suspe.tut.Bar.
in.d.§.suspecti nu.1.

Vltimo posset adduci l.Iusdandi.ſ.
144 de tuto.& cura.da ab iis etc.iuncta.l.
nec mandante eo.tit. Solutio cõmu-
nis est per.§.antepe.insti.de attili.tut.
ibi, uel magistratus iussu præsidum.
Sed quia de his duobus dicendum
erit

erit in gl.in uerſ.mandari,ideo' hic ulterius non inſiſto.

Pro communi intellec. & contra Fulg. adducit Alexan. hic ſub nume.30.

Primo.l.ii.in uerſ.quod nõ ita.C.de peda. iudici. Sed ille text.nihil facere uidetur. Vult.n.q in iis quæ ex officio expediuntur nihil ſit immutatũ: ideſt in cauſis meri & mixti imperii ſecundum cõm.intellec.

Secundo: text.in §.ſi uero' quidam in auth.de exhib.re. Sed non probat ille text. intẽtionẽ Alex. ut patet ex iis quæ ſcripſi ſupra in primo.not.in prima.q.in quarto fundamento pro communi opi.

Tertio.l.Necquicquam §.ubi decretum ſupra de offi.proconſ.Cui reſpõ
145 dit Fulg.ut ſupra retuli.& reſponderi poteſt per.l.Iudex.C.cõm. epiſto. &.l.minorum.C.de prædi.& aliis re. mino.etc. &.l.2.C.de aſſeſſ. prout uoluit Alcia.paradox lib.2.cap.3.& hoc eſt quod uoluit glo.in primo.intelle. in.d §.ubi decretum,& Fulg.hic.Aduerte q ſi præſes non poteſt per aſſeſſores ſubſcribere libellis d.l.ii.uidetur ex hoc inferri q nec id poſſit delegare.

Quarto.l.ii.§.eo.Cui reſpondetur q procedit in caſibus ibi expreſsis.

Quinto.l.ſolẽt in prin.ſupra de offi.proconſ.&.l.nemo poteſt gladii.§. de reg.iur.

Quibus reſpondetur q loquuntur in cauſis meri imperii maioris uel magni.

146 Sexto §.ſi uero' ignoti in auth.de teſti.Cui reſpondetur q ibi delegatus per apparitores prætoris in urbe, & per defenſores ciuitatum in prouinciis poteſt uerbera inferre teſtibus ſuſpectis.Et ſic ille tex.potius facit cõtra Alexã.pro cuius declaratione ui. Bar.in.l.imperium.§.tit.2.nu.10.in fi. circa quartum gradum meri imperii.

Subdebat Alexã.q ſi Fulg.diceret hoc bene probari per iura præall.ſed non per iſtam.l.inutilis & eluſoria eſſet conſideratio ſua ad hanc.l.ſed nõ recte' loqui uidetur Alex.cum hic agatur de intellectu huius.l.non aliarum.Et ideo' dixit Dec.ſub.nu.42.q Fulg.nõ negat cõm. opi. probari per alia iura, ſed negat probari per iſtum text.

Reſpõdebat poſtremo Alex.ad differentiam quam facit Fulg. inter ſpecialem conceſſionẽ quæ fit per .l.prætoriam, & per .l. ſenatuſconſultum uel cõſtitutionẽ,q ſi iſta fuiſſet mens Iuriſconſulti,nõ dixiſſet poſtea',quæ uero iure magiſtratus etc.ſed dixiſſet quæ uero aliter q̃ ſpecialiter etc. ſed I.C.dixit,quæ uero' iure magiſtratus etc. & ſic non curauit an competeret ex edicto uel non, ſed an iure magiſtratus.

Nunquam mihi placuit iſta reſpõſio Alex.quia iure magiſtratus intelliguntur competere ea quæ non ſunt ſpecialiter cõmiſſa lege, ſenatuſcõſulto, uel conſtitutione principũ.Et differentiam quam ponit Fulg.puto ueriſsimam,alioqui fruſtra tres tantum ſpecies iuris ſcripti expreſſiſſet I.C. qui processit tradendo regulam & doctri.

147 Quare ſuperioribus annis argumentabar contra. D. Vegium,q cum ſex eſſent ſpecies iuris ſcripti § Scriptũ autem ius,inſti.de iur.na.gen.& ci.& Papi.author.l. noſtræ tres tãtum expreſſerit, uiſus eſt cæteras excluſiſſe per.l.Cum pretor in prin.cum ibi nõ

§.de iudi.c. qualis 25.distinc.& tamen doc. ad hoc non aduertentes formabant regulam prohibitiuam simpliciter & sine distinctione. Vnde uidebatur uel q I.C. imperfecte & diminutè tradidisset regulam: Vel q doc. inaduertēter & nō recte loquuti sint, quod potius dicendum est. Et cum D. Vegius respondisset doc. recte loquutos, & Iurisf. exemplificatiue loqui; nam si plebiscito uel alia specie iuris scripti in futurum aliquæ causæ in priuilegium concederentur, procederet simpliciter ista regula prohibitiua, replicabam Iurisconsultum hic tradere doctrinam restrictam ad illas tres species iuris scripti expressas, & nullo modo loqui exemplificatiue ut patet: quia dicit: quæcunque &c. Dicebam igitur non sine misterio Iurisconsultum exclusisse cæteras iuris scripti species, quia per responsa prudentum uel per edicta pretorum hæc fieri non possent, cum authoritas prudentum uersaretur circa interpretationem, & edicta pretorum in ius dicendo iux. terminos suæ iurisdictionis, non in tribuendo sibi ipsis uel aliis maioribus magistratibus iurisdictionem ordinariam in aliquibus casibus in priuilegium. Et circa plebiscitum, licet eadem esset potestas legis & plebisciti lege hortensia lata. l. 2 §. Postea cum Appius supra de orig. iur. & ibi Bude. Zasi. & Cagnol. & §. plebiscitum in fi. insti. de iur. na. gen. & ci. tamen cum plebiscitum nullum reperiatur super hac re, licet in alia materia sic, ut in l. 1. §. ad. l. aquil. nec possent amplius fieri translato imperio in principem, ideo recte tres tamen species iuris scripti quibus id cōcedebatur, & per constitutionem adhuc poterat concedi inclusit Papini.

Cagnol. in suo exercitationum libello col. 4. cum seq. uers. 2. fuit intellec. Fulg. quædam contra Fulg. adducit quæ uel in supradictis compræhenduntur, uel parum ualent. Et circa intellec. huius. l. scribit Alcia. lib. 2. paradox. cap. primo adhærens intellec. Guid. de Suza. & Fulg.

148 Alius, & sic tertius fuit intellec. Guid. de Suza. quem refert Alexan. sub num. 32. & 33. Dec. col. 12. uers. Postremo; q prima regula prohibitiua legis nostræ loquatur solum de causis meri imperii: secunda regula permissiua in uers. Quæ uero iure magistratus, de causis mixti imperii. Et sic q causæ meri imperii non possint delegari; causæ mixti imperii possint: præterquā in tribus casibus. Primo in expresse prohibitis: secundo quando plus habent de mero imperio: tertio quādo requiritur decreti interpositio: ut per Alex. sub nu. 32. Et q uer. Quæ uero iure magistratus, loquatur de maioribus magistratibus quibus competit merum imperium. Et intelligitur. l. 2. in prin. C. de peda. iudici. in causis mixti imperii quæ, secūdum eum, ante promulgationē illius legis regulariter poterant libere delegari.

Alex. impugnat opi. Guid. per. d. l. 2. uer. Quod non ita: sed non recte inducit. Ibi. n. circa ea quæ officio suo solebant iudices expedire nihil de nouo inductum declaratur, Guid. intelligit in causis meri imperii; sic Alex. in disputatione sua incipiente Rex Aragonū: in tertio dubio: & Dec. hic. Sed doc. cōmuniter intelligunt illū tex. etiam in causis mixti imperii; cū

& iste iudicis officio nobili expediatur. Instari tamen posset pro opin. Guid. ꝙ hoc procederet nisi constaret, antea regulariter delegari potuisse causas mixti imperii. Nec ob. l. Ea quæ. ſ. ad muni. quia, ut supra demõstraui, non est bona consequentia, nõ competit hoc magistratibus municipalibus, ergo delegari non potest.

149 Dicebat Alex. ꝙ secundum intellec. Guid. oporteret restringere text. nostrum in uers. Quæ uero, ut intelligeretur quando magistratus esset impeditus propter publicas occupationes, quod esset uiolare tex. Sed æquiuocat Alexan. iudicio meo: quia Guid. uult uers. quæ uero loqui de causis mixti imperii ꝙ possint regulariter delegari. Sed ait ipsum restringi per d. l. 2. in prin. quæ proculdubio uenit ad restrictionem regulæ d. uer. Quæ uero: ut uerba illius. l. aperte sonant, & doc. fatẽtur. Tota ergo uis in eo consistit an iste uer. Quæ uero: comprehẽdat regulariter causas mixti imperii.

Postremo dicit Alexã. ꝙ non subest

150 ratio quare magis esse debeant indelegabiles causæ mixti imperii requirentes decretum iudicis ut in casibus ill. per eum alle. q̃ illæ quæ expediuntur per sententiam diffinitiuam.

Dicebam ꝙ illæ causæ quæ decretum exigunt specialiter committũtur: ceteræ non. & sic in illis electa est industria personæ, non in istis. Ratio assignari potest quia ubi agitur causa ordinarie & ferenda est diffinitiua sẽtentia, datur instantia, dantur termini ad probandum & reprobandum, & allegandum: adeo ꝙ a partibus & earum aduocatis causa potest plene discuti: & rem ipsam habet iudex a partibus digestam, sicut in causis simplicis iurisdictionis; & datur appellatio. Sed in decreto interponendo ubi requiritur plena causæ cognitio; electa est industria personæ, cum fraus facile cõmitti possit: quia negocium expeditur modico tempore & plerũque sine alicuius contradictione.

Dec. pro Guid. quo ad primam regulam, adducit hanc. l. in fin. ibi, sed merum imperium quod lege datur non posse transfire: ubi resumitur solum regula in mero imperio. Item, ultra eum, ibi & in. l. fi. ſ. eo. dicitur mixtum imperium delegatione transire. Exempla ergo posita in. l. nostra non restringunt regulam quominus locũ habeat in aliis causis meri imperii de quo tantum loquitur regula.

Sed aduerte ꝙ regula generaliter loquitur de iis quæ specialiter tribuuntur lege etc.

Cagnol. in suo exercitationum libello, col. 5. uers. tertius intellec. refert plures moder. ultra Dec. tueri hunc intellec. Guid. Sed ipse q̃ pluribus impugnat præsertim ea, quia sic maneus & deminutus esset l. C. si nihil diceret de iurisdictione in specie. Respondebam ꝙ de iurisdictione in specie nulla esset dubitatio: & ideo illud caput omiserit uti notum. Vel etiam ꝙ de eo satis expresserit ibi, cũ alias iurisdictio etiam a præsente mandetur. Et in effectu intentio Guid. fuit demonstrare ꝙ mixtum imperium regulariter delegari possit.

Pro ista opi. Guid. affert Alcia. lib. 2. paradox. cap. 1. l. Cognitio in princ. ſ. eo. ibi cum propriam etc. Sed prius dixit, propter utilitatem pupillorũ. De hoc. ſ.

151 Hoc loco, quoniam. l. ui. C. de peda.

iudi. est quasi clauis materiæ nostræ delegabilitatis causarũ, & passim allegatur: et reputatur ualde difficilis, & plures habet intellectus, breuiter eam tertio declaremus. Vt autẽ euitetur confusio, cæteris prætermissis, referam primo intellectum quem Bar. attestatur cõm. & sequitur: secundo intellec Alcia. Tertio nostram subiiciam declarationem.

Bar. sequens Iaco. de are. præmittit quid sit merum, quid mixtum imperium: quid iurisdictio in specie. Iurisdictionem hoc loco triplicẽ facit: quandam magnam respicientem causas ingenuitatis & libertinitatis, uel causas pecuniarias excedentes trecentos aureos: quandam mediam quæ respicit causas trecentorum aureorũ, quandam minimam de qua no. auth. nisi breuiores. C. de sen. ex bre. re. summat sie. Causas medias præsides debent audire per se uel delegare, sentẽtia sibi reseruata, nisi publicis occupationibus, uel multitudine causarum impediantur: causas uero meri & mixti imperii, & iurisdictionis magnæ per se ipsos: causas minimas delegẽt indincte, hoc d. secundum Bartol. cum. l. si.

Diuidit in quinq; partes: In prima
152 causæ iurisdictiones mediæ, quæ delegari poterant non delegentur: In secunda prope fi. l. in uers. quod usque adeo, ꝙ dictæ causæ possint nihilominus delegari, reseruata sibi sententia: In tertia ibi ita tamen, & sic redit retro, permittitur delegatio dictarũ causarum mediarum propter publicas occupationes, uel causarum multitudinem: In quarta, in uer. quod nõ ita, de causis meri & mixti imperii, ꝙ nihil circa eas innouetur. In quinta ibi dum tamen, de causis iurisdictionis magnæ, ꝙ non possint delegari.

153 Hunc intellec. ait Bar. esse cõm. Ad uertendum tamen est, ꝙ inquantum Bar. cõstituit medias causas eas quæ nõ excedunt c c c. aureos, & fuit opi. Hugo. primo loco relata in gl. aliter uoluerunt gl. Cy. Alber. Bal. Saly. & Pan. ca. f. medias causas esse a trecentis aureis supra licet Bal. Sal. & Pauqui fuerunt post Bar. non fecerint mẽtionem de prædicta opi. Bar.

154 Secundum intellec. posuit Alcia. paradox lib. 2. cap. 2. ꝙ principium. l. loquatur de causis meri imperii quas iudices delegare solebant: & Imp. authores. l. nostræ. §. secundæ de peda. iudi. prohibent delegari, nisi ex duabus causis. Verum ne idem estimaretur de causis mixti imperii illis scilicet quæ mandari non poterant, dicũt in uers. quod non ita, ꝙ non intelligatur data licentia delegandi eas. Vel aliter, cum iure antiquo possent causæ meri imperii delegari in casu absẽtiæ, seu propter grauiores occupationes, restrictum id per illã l. quãdo ab sentia seu occupatiões ex causa publica procedunt. In causa mixti imperii non permittitur delegatio. Rationẽ differẽtiæ assignat, quia in causis meri debet reus q̃ primum uel absolui uel cõdemnari, ne diu expectet, quod in causis mixti non est considerandum.

Alcia. in isto suo intellectu, ni fallor, a recta deuiauit. nã in primis dũ dicit de causis meri imperii, loquitur contra hanc. l. i. in §. qui mandatã con tra. l. solent in prin. supra de offi. procõs. in. l. nemo potest gladii. ff. de reg. iur. Dum permittit potius delegationem meri imperii q̃ mixti loquitur

cõtra

contra d §. qui mandatā uerſ. Verius, & uerſ. Paulus notat: contra. l. fin. in ulti. par. ſ. eo. & contra §. Ad hoc ſancimus, in auth. de collato. Item male conſiderauit abſentiam per. l. illud ſupra de offi. preſi. Non recte etiam loquutus eſt dum dixit cauſas meri imperii celerius expediēdas q̄ cās mixti: nam cauſæ criminales habent inſtā etiā biennii. l. fi. C. ut intra cert. temp. ori. ca. cauſæ uero mixti imperii inde legabilis, ut plurimum expediuntur per decretum iudicis: idq; paucis diebus,

155 Redeo ad intellec Bart. & cōm. quē aſſero non conuenire illi legi: nec uerum eſſe in quantū illam ſolam. l. reſpicit: ſed contenta in eo procedere poſſe cōſideratis aliis iuribus. ſed nō quo ad omnia,

Primo. n. ſi queratur a Bar. quomodo cognoſcatur ꝙ principium. l. loquatur de mediis cauſis. ſ. trecentorū aureorum uel, ſecundū gl. & alios, & ipſummet Bart. alibi a 300. aureis ſupra non poſſet reſpondere niſi per §. & iudicare in auth. de defenſo. ciui. & §. audient in auth. de iudi. Iſtud cōfunditur quia illa ſunt iura nouiſſima: & de iure. C. defenſores ciuitatū non poterant cognoſcere de cauſis excedentibus quinquaginta aureos. l. i. C. de defenſ. ciui. Quinimmo & d. l. i. fuit Valenti. & Valen. Imp. qui fuerunt poſt tempora Diocle. & Maxi.

156 authorum d. l. ii. de peda. iudi. magiſtratibus uero municipalibus, cōceſſa erat ſolum iuriſdictio uoluntaria. l. 2. C. de magi. munici. & contentioſa in minimis ut colligitur ex. l. Inter cōuenientes. ff. ad municip. cum gl. iuncta. l. i. C. de eman. l. i. ff. ſiquis ius dic. non obtempe. & auth. niſi breuiores C. de ſen. ex breui. reci. cum ibi not. per gl. Bar. & alios, & tamen poterāt præſides delegare cauſas pecuniarias ſimplicis iuriſdictionis excedentes quinquaginta aureos: & quaſcunq;

157 Secundo ſi queratur non cognoſcitur ꝙ d. l. 2. nō loquatur de prohibitione delegationis cauſarum minimarū, ſed tātū de mediis cauſis, reſpōdet ibi Bal. nu. 7. quia minores permittuntur delegari per. l. fi. eiuſdem ti. Iſtud etiā confunditur, quia d. l. fi. fuit. Imp. Iuſia. poſterioris authoribus d. l. ii. Et quia d. l. 2. in prin. indiſtincte prohibebar niſi in duobus caſibus delegari a præſidibus non abſfuturis cauſas ſimplicis iuriſdictionis olim delegabiles, & ſic etiam minimas comprehendebat, ideo emanauit d. l. fi. ad limitationem illius. l. ii. diſponēs poſſe a præſidibus humiliora negoc. a delegari. Et his utitur uerbis, damus præſidibus poteſtatem, quæ procul dubio nouæ poteſtatis, nouiq; iuris inductiua ſunt. Et aduertēdum ꝙ d. l. fi. eſt antiquior quam. l. i. C. de defenſo. ciui.

158 Tertio dum aiunt cauſas medias poſſe delegari reſeruata ſententia; dicunt per uerſ. quod uſq; adeo. ridiculum quidem: & contra omnem rationem recti ſermonis rectæq; conſtructionis ꝙ d. uerſ. nō referretur ad proxime dicta, ſed ad principium legis: quod nulla ratione admittendum uidetur, argumento. l. Plātius. ſ. de aur. & arg. leg. c. ad audientiam de reſcri. ubi de errore in conſtructione. Nec etiam conueniunt intentioni doctorum uerba d. uerſ. ſed de cauſis meri & mixti imperii loquuntur. Alii dicunt probari id quod dicitur de reſeruatione ſententiæ, per auth. Ad hæc

C.de iudi.sed est ius nouissimum.

Quarto, cum d.l.2.in fi.solum loquatur de causis ingenuitatis & libertinitatis, quomodo dicit Bar. ꝙ ibi tractetur etiam de causis pecuniariis a trecentis aureis supra: cum ualde dissimiles sint causæ inestimabiles, ut sunt causæ ingenuitatis & libertinitatis. Et quod dicit Bar. causas iurisdictionis magnæ esse causas ingenuitatis & libertinitatis, ac etiam causas a
159 trecentis aureis supra, uidetur contra doctri. eiusdem Bar. cōiter approbatam in.l.Imperium col.pe.cū seq.nu. 24.cum seq.ĩ.tit.2.dum sex constituit gradus simplicis iurisdictionis, & in primo gradu maximo constituit causas ingenuitatis & libertinitatis: in tertio magno, causas a trecentis aureis supra & istas ultimas dicit non posse delegari nisi in duobus casibus de quibus in d.l.2.C.de peda.iudi.in princ.

Aduertendum ꝙ intentio Bar.in d.l.2.fuit ꝙ causæ excedentes trecentos aureos, hodiè sint indelegabiles per §.& iudicare in auth.de defenso.ciui. quia cum denegentur minoribus cēsentur, tributæ maioribus in priuilegium: & compræhendūtur in prima regula prohibitiua huius nostræ.l.i. de offi.eius etc.secundū doctri. gl.cōmuniter approbatam, in uers.tribuūtur, in ulti.parte: & Alex.ibi nu.24.& super glo.in uer.specialiter, nu.15.Et sic melius in hoc dicere uidetur Bart. in d.l.2.q̄ in.l.imperium, coniungendo d.l.2.cum præalle §.& iudicare, & cum prima regula huius nostræ.l.primæ sed non est uerum: ut.ĩ.demonstrabo.

Ex prædictis, ni fallor, constat, ꝙ.l.ii.C.de peda.iudi.non nouit illam distinctionem causarū a trecentis, uel a quinquaginta aureis supra: nec dispositionem.l.fi.C.de peda.iudi.nec auth.ad hæc.C.de iudi. Ercō sequenter consequeuter ꝙ intellec Bar.& cōmunis ad.l.2.nō procedit: licet hodiè cōiunctis dispositionibus.l.fi.de peda. iudi.§.& iudicare, in auth.de defenso. ciui.auth.Ad hæc.C.de iud. & huius nostræ.l.i.uerum sit quod Bar.dicit. Id autem fieri debere certum est per l.non est nouum, cum duabus ll.seq. supra de legi.& l.arriani.C. de hereti. Verum sit in quam exceptis quibusdam de quibus.ĩ.

Conuenio cum cōmuni intellectu ꝙ principiū d.l.2.ibi, in quibus quod ipsi non possent, intelligatur ꝙ asserebant se non posse ex qualibet causa, quod patet per uerba sequentia: quæ ubi uerè non possent, permittunt delegationem.

Similiter quantum ad uers. Quod ita fatentur doc.text.loqui de causis meri & mixti imperii, nihil innouando: ut explicat Pau. ea.

His præmissis diuido d.l.2.in tres
160 partes: In prima ponit prohibitionē delegationis causarum pecuniarum simplicis iurisdictionis, excipiendo duos casus: In secunda declarat, per prædicta, non dari licentiam delegādi causas meri & mixti imperii, nisi, prout permittebatur iure ueteri: In tertia prohibet delegari causas ingenuitatis & libertinitatis, secunda ibi, quod non ita, tertia ibi dum tamen. Rursus, prima subdiuiditur in duas: in prima prohibet delegationem: in secunda limitat in duobus casibus secunda ibi, ita tamen secunda principalis etiam diuiditur in duas: in prima declarat nō compræhendi in præ cedentibus,

cedentibus, causas meri & mixti imperii: in secunda hanc etiam declarat ꝙ non uult præiudicare præsidibus quasi dicat ꝙ delegent, uel nõ, prout prius disponebatur, secũda ibi, quod usq; adeo. Hoc dicit in summa.

161 Causas simplicis iurisdictionis pecuniarias, delegabiles, quas iudices sub prætextu impotentiæ ex qualibet leui causa delegabant, prohibet delegari, nisi propter publicas occupationes, uel multitudinem causarũ: causas meri & mixti imperii, non permittit per supradicta nec etiam prohibet delegari in casibus olim permissis: causas autem ingenuitatis & libertinitatis prohibet delegari.

Casus figuratio ex prædictis redditur, clara: & littera.

Not. ꝙ in prima parte est noui iuris inductiua, & per eam restringitur regula huius nostræ. l. primæ in uers. Quæ uero iure magistratus.

Secondo not. ꝙ in secunda parte nihil

162 noui inducitur. Tertio not. in tertia parte, ꝙ causæ ingenuitatis & libertinitatis nõ possunt delegari etiã ex aliqua dictarum duarum causarũ de quibus in prin. l. Item ꝙ hæc pars est noui iuris inductiua quo ad prohibitionem delegationis: ut patet ex uerbis. l. quia etiã prius præsides cognoscere poterant de dictis causis: nunc autem. i. per illam. l. ꝙ præsides ipsi diiudicent, & dicit gl. ipsi tantum & non delegent. nam cum dictæ causæ sint simplicis iurisdictionis, ut probat Bart. in. l. imperium. ſ. tit. 2. in 1. gradu maximo iurisdictionis in specie, col. pe. num. 24. & non reperiatur prius fuisse in priuilegium tributas maioribus magistratibus, consequẽs est ꝙ per d. l. 2. sint factæ indelegabiles: quicquid sentiat Pau. cast. ibi, & ꝙ hoc inductum sit per Impp. authores d. l. secundæ uidentur attestari ipsimet in. l. Iam dudum in fi. C. ubi ca. sta. Addebã hoc aperte uoluisse gl. supra in uers. cõstitutione exemplificãs per d. l. 2. in fin. de iis quæ specialiter constitutione principum tribuũtur: quia si id prius inductum fuisset de iure. ff. ut dicebant Ias. & Cur. iun. nõ recte exẽplificaret glo. Præterea nec per responsa prudentum, nec per edicta prætorum hæc fieri poterant, ut dixi & probaui supra.

163 Ad. l. non distinguemus §. Iulia. ſ. de arbi. quæ sola obstare uidebatur, uolens ꝙ per maiores iudices causæ liberales expediantur, respõdebam ut dixeram alias supra in tertio no. ꝙ intelligeretur de maioribus iudicibus respectu arbitrorum. Nunc diligen-

164 tius cõsiderans dico uerũ esse ꝙ nulla causa status cognosci olim posset per minimos magistratus per. l. quoties. C. de iudi. & per. l. 1. C. defenso. ciui. iuncta. l. 1. circa fi. prin. C. de cõm. ser. manu. & . l. inter conuenientes. ſ. ad muni. cum gl. & auth. nisi breuiores. C. de sen. ex bre. rec. licet potuisset delegari secundum Bar. in. l. si quis libertatem uers. Plane nu. 9. per illum tex. ſ. de peti. here. & quia poterat delegari dicebat Bart. in. l. Necquicq̃ §. ubi decretum col. 4. supra de offi. pro cons. ꝙ cõpeteret iure cuiuslibet magistratus, causa. s. seruitutis & libertatis sed male. Nec ob. l. Iamdudũ. C. ub. ca. sta. in prima parte, quia rationalis siue magister rei priuatæ, is est

165 procurator Cæsaris, ut ibi per doc. est clarissimus: & loquor de procuratore Cæsaris unius prouinciæ tantum, sed si esset generalis procurator Cæsaris qui comes rerum priuatarum dicitur, esset illustris, ut declarat Albe.

de rosa. in rub.supra de offi.procura. casa. Et ꝙ causa reuocationis in seruitutem posset delegari, est tex.in.l.2 C.de libert.& eo.libe.

166 Resoluendo igitur materiam delegationis, consideranda sunt sex diuersa iura scilicet.l.nostra prima in utraque regula,& sic ius.ff.ac etiam.C.usque ad tempora d.l.secūdæ.C.de peda.iudi.Secundum ius per d.l.2.Tertium per.l.fi.C.de peda.iudi.Quintum per §.Illud in auth.ut defun.seu fune colla. quinta: transumptiue in auth.Ad hæc.C.de iudici.Quartum per §.Audient & §.si quis autē in auth.de iudici.colla.6.iuncto §.& iudicare & §.audient in auth. de defenso. ciui.colla,3.immo per d.auth.de defenso.ciui.iuncto auth.de iudi.Sextum,per auth.de collato.in §.Ad hoc id prohibemus,colla.9.

167 De iure.ff.& usq; ad tempora d.l.2. C.de peda.iudi.oēs causæ pecuniariæ simplicis iurisdictionis delegari poterant:& tamen non competebant magistratibus municipalibus nisi minimæ.Et sic patet cōmunem intellec. ad hanc nostram.l.i.in uer.Quæ uero iure magistratus,non esse uerum, attento illo tēpore.Idem puto in qualibet causa status, ut dixi. Per d.l.2. oēs causæ predictæ pecuniariæ prohibitæ fuerunt delegari, etiam minimæ:nisi ex duabus causis. Per d.l.fi. C.de peda.iudi.prouisum fuit ꝙ minimæ delegari possent. Et minimæ intelliguntur illæ de quibus in auth. nisi breuiores.C.de sen.ex breui.reci. & per gl.& Bar.ibi.s.secundum diuersitatem locorum,& qualitatem personarum.& de istis poterāt iudicare magistratus municipales iuxta d.l.inter cōuenientes.ff.ad muni.Et non excedebant quinquaginta aureos: quod patet,quia defensores ciuitatum qui maiorem habebant iurisdictionem, nō poterant cognoscere de causis excedentibus quinquaginta aureos.l.i. C.de defenso ciui.Cumq; superuenisset dispositio auth.de defenso.ciui.in §.& iudicare,per quam causæ a trecētis aureis supra censebantur tributæ maioribus magistratibus in priuilegium,secūdum doctri.gl.& doc.hic, effectum fuit ꝙ in illis etiam procederet prima regula prohibitiua huius nīæ.l.i.Et cōseq̄uēter ꝙ d.l.2.in prin. de ped.iud.trahēdo posteriores ll.ad priores,& e cōtra,nō possit hodie intelligi nisi de causis a 300 aureis.ī.exclusis tn̄ minimis per d.l.fi.C.de peda.iudi.Sic alias scripsi. Nunc mihi uidetur non esse uerum dictam cōm. doctrinam ꝙ causæ censeantur concessæ in priuilegiū maioribus magistratibus, ex eo ꝙ essent denegatæ minoribus:nam hoc modo non potuissent delegari ante d.l.2.nisi causæ minimæ: & non potuissent delegari causæ status etiam libertatis & seruitutis. quod falsum demonstratur per ea quæ supra deduxi.Quare licet gl.Cy.Alber.Bal.Saly.Pau.ca.intelligunt causas medias de qbus ī prin. d.l.secundæ, a trecentis aureis supra, Bar.uero a trecentis aureis.ī.usq; ad minimas exclusiue sed idem Bart.in l.Nec quicquam §.ubi decretum col. 4.prope prin.de offi.procons.sic etiā in.l.Imperium.ī.tit.2. dixit a trecentis aureis supra ego intelligo de quibuscunq; causis pecuniariis simplicis iurisdictionis cuiuscūq; quantitatis maximæ uel minimæ: nam de minimis fuit postea prouisum per.l.fi.supra alle. Et effectus fit ꝙ causæ pecu

niariæ

niariæ simplicis iurisdictionis exceptis minimis, non possint delegari nisi in duobus casibus de quibus in d.l. ii. in princ. & sic non comprehendantur sub prima regula prohibitiua nostræ l.i. ut non possint delegari nisi in casu absentiæ prout causæ meri & mixti imperii indelegabiles.

169 Superuenit dispositio §. Illud in auth. ut defunc. seu fune. colla. 5. quæ ad huc restringere uoluit potestatem delegandi, constituens q causæ quæ poterant delegari in duobus casibus de quibus in d.l. 2. in prin. nō possent delegari in totum siue maiores siue minores iudices sint, minores dicit ibi gl. defensores ciuitatis; sed reseruata sententia: ita q ipse iudex ordinarius ter ipsam audiat. Et q uere hæc fuerit mens. d §. Illud, transumptiue auth. Ad hæc. C. de iudi. patet: quia est posterior dictæ auth. de defenso. ciui. Et dicit, si publicis occupationibus impediatur. Et ideo non satisfacit q tradit Alex. in. d. auth. Ad hæc nu. 2. s. dispositionem illam procedere quando preses uult reseruare sibi sententiā, alias posset libere delegare, nā istud est contra illum tex. & contra. d.l. ii. Nec obstat §. Audient in auth. de iudi. colla. 6. quo causæ a trecentis aureis: ī. libere cognosci possunt per iudices pedaneos, ac etiam decidi; quia loquitur de. xii. pedaneis iudicibus deputatis per illam. l. ut assisterent illis maioribus iudicibus: & quibus cōstitutū erat salarium a publico, ut patet in d. auth. ī prin. in uer. Nostris. n. & in §. siquis autem sed auth. ad hæc intelligi debet quando delegaretur causa per quemlibet ordinarium cuilibet ad hoc non deputato per legem.

171 Postremo emanauit dispositio §. Ad hoc id prohibemus in auth. de collato. colla. viiii. quæ restrinxit facultatem delegandi causas meri imperii in casu absentiæ, quo ad pœnā ultimi supplitii & abscisionis mēbri: ut cognitio tantum non & decisio ueniret in delegatione: cum prius in casu absentiæ possent absolute delegari per hanc nostram. l. i. ibi possit eam si proficiscatur mādare, prout uoluit Alex. ī. in gl. in uer. possit eam, nu. 49 cum seq. & Dec. nu. 61. cum seq. contra gl. & Bar. contra quos hodie est magis cōm. opi. cum primam opi. tenuerint Azo. Guil. de cun. And. de Pisis, Alber. Salv. Ange. Fulg. & Alex. qui prædictos refert. sequuntur Ias. Dec. Curt. iun.

Dicebam ex omnibus prædictis simul iunctis, parere ueram esse opin. Bartol. & commu. in. d. l. secunda. C. de pedan. iudic. facta relatione & collatione iurium: & collectam esse ex communibus opin. Et ratione prædicta uerum esse quod dicunt doc. super nostra. l. prima in uersic. Quæ uero iure magistratus: scilicet municipalis: cum hodie ex coniunctione dictarum ll. solum humiliora negocia quæ competunt magistratibus municipalibus delegari libere possint.

172 Nunc addendo, declaro siue dico: q non propterea causæ pecuniariæ simplicis iurisdictionis cuiusque quantitatis etiam maximē compræhendantur in prima regula prohibitiua nostræ legis primæ, ut scilicet non possint delegari nisi in casu absentiæ, prout causæ meri & mixti imperii indelegabiles: sed non possunt delegari nisi in duobus casibus de

quibus in .d.l.secunda in princip. & & reseruata sententia ut in dicta auth. ad hæc.C.de iudi. Adeo' q̃ solæ causæ ingenuitatis & libertinitatis ex causis simplicis iurisdictionis prohibentur delegari eodem modo put causæ meri & mixti imperii: ut patet ex d.l.2.C.de peda.iudi. ac etiam causæ actionis iniuriarum illustrium personarum, secundũ Curt.iun.in.l. Imperium nu.124.ſ.tit.2.per.l.fin.C. ubi sena.uel clariss. Sed illa loquitur in causis criminalibus, & causæ de quibus in.l.i.C.ne lic.poten.

Glo.in uer.mandari possunt, diuiditur in duas partes, prout duo contraria format contra tex.nostrũ.secũda ibi,item contra. Rursus prima subdiuiditur in duas: in prima, loquitur de iure.ff.in secunda de iure nouissimo.secunda ibi,hodie' autem.

In prima parte opponit gl.cõtra tex. in secunda regula,de.l.ius dandi,iuncta.l.nec mandante.ſ.de tut. & curada.ab iis etc. & soluit per §.antepe.in sti.de attili. tuto.ibi.uel magistratus iussu presidum si non sint magnæ pupilli facultates. sic etiam soluit Bart. sub nu.6.uer. Oppono datio tutoris. & est cõmunis. facit.l. Lutius §.Cum testaměto.ſ.de admi.tuto.ibi, ex præsidis prouinciæ præcepto a magistratibus tutor datus est alius.

In secunda parte primæ partis,gl.tenet q̃ hodie' datio tutoris cõpetat iure magistratus, si pupilli substantia sit intra quingentos aureos,per §.pe. insti.de attili.tuto.

Super hac gl.scribunt Alex.nu.34. fere' per unam col. Ias.tantũdem nu. 65.sic Dec.nu.44.Curt.iun.nu.55.per col.i.Pata. nu. 116.col.6.

Sciendum est q̃ habemus quatuor diuersa iura in hoc articulo dationis tutoris,ut scribit Io.Fab. insti.de atti li.tuto.in prin.ut patet in d.ti.in prin. & in §.sed ex iis: & in §.sed hoc iure: & in §.pe.

Tria discutiunt doc. hic,& præsertim Rimin. Primum: An datio tutoris sit mixti imperii. Secundum: An competeret magistratibus municipabus de iure.ff.seu iure magistratus? Tertium: An saltem iure nouissimo?

Circa primum: pro parte negatiua

173 q̃ datio tutoris non sit mixti imperii. Primo.l.muto §.tutoris datio.ſ.de tute.& late' explicat Rimin.

Responde: si non est imperii.s.meri per.l.prima §.qui in perpetuum.ſ.si ag.uectig. etc. nec iurisdictionis scilicet simplicis: ergo est mixti imperii, cum per iudicem iurisdictionaliter expediatur. Nec obst.l.Imperium.ſ.titu.2. quia ibi magistraliter procedit I.C. ac si diceret,dominium aut directũ aut utile est: Vinũ aut merum aut mixtum est. Et per ista tollitur ponderatio Claudii Cantiunc.& aliorum recentiorum ac etiam quorũdam antiquiorum.facit.l.si quis uinũ in prin.ſ.de triti.ui.& ole.lega.

Secundo: quia priuatus potest da-

174 te tutores in testamento filiis impuberibus in sua potestate existentibus §.permissum est insti. de tute.priuatis autem non est cõcedendum quod per magistratus expediri debet.l.non est singulis.ſ.de reg.iur.ergo etc.

Respõde per.l.Creditores.C.de pign.cum ibi no per Bar.ubi,licet creditor ex licẽtia sibi data a debitore possit accipere possessionem bonorum debitoris propria authoritate,tamen si adiuerit iudicem pro hoc,res erit iurisdictionalis,& pars debebit citari.

Ad.l.non est singulis, responde nisi quando specialiter conceditur.

Posset etiam dici patrem habere imperiũ in filios per.l.2.C.de patri.qui fil.distrax.l.si filius cum.l.seq.C.de pa.po.l.serui & filii in princ.ꝟ.de fur.
175 & per ea quæ scribit Bart.in.l.frater a fratre in 4.col.ꝟ.de condic.inde.faciũt ea quæ dicit Bar.in.l.i.col.2.nu.3.circa definitionẽ iurisdictionis.& ibi Alexan.Ias.& Dec.ꝟ.tit.2.

Tertio:si tutoris datio esset mixti imperii superfluum fuisset eam concedere nominatim maioribus magistratibus prout fit in.l.1.ꝟ.de tuto.& cura.da.ab iis etc.cum iure sui maioris magistratus competeret quo merum & mixtum habent imperium.

Respõdet Ri.ni.per.l.iii §.i.ꝟ.nau.caupo.ibi,ut innotesceret ꝙ curã haberet eius rei.

Dicebã aliter: nõ esse cõprahẽsũ sub una regula generali ꝙ causæ mixti imperii tributæ sint specialiter maiorib. magistratibus:sed ex cõcessione speciali diuersarũ causarũ mixti imperii facta maioribus magistratibus, formatur postea regula, ut ex.l.cum hi in prin.iuncto.§.si prætor cum seq.ꝟ.de trãsac.ex.l.i §.i.ꝟ.de re.eo.etc.ex.l.secunda.ꝟ.eo.tit.nostro,& ex si. quæ, si procederet argumentum ex aduerso factum, non essent mixti imperii.

Quarto.l.cum quæ in prin.ꝟ.ad muni.iuncta.l.ius dandi de tuto.& cura.da ab iis etc.

Accedat.l.pe.iuncta.l.nec quicquã §.ubi decretum supra de offic.procons.

Ad primum responde per §.antepe.cum ibi no.insti.de attili.tu.ut latius dicetur in seq.q.

Ad.l.pe.responde ut ibi per glos.& per.l.1.ꝟ.de iut.& cura.da ab iis etc.

176 Quinto: sm̃ Clau.Cantiũ.in trac.de offi.iudi.libr.2.capi.x.ex Aul.gellio lib.tertio.noctium atticarum cap.xii. Vbi tribunos plebis præhensionem & ius ducendi in uincula dicit habuisse,sed non ius uocandi absentem, & tamen tutores dare poterant ex.l.atilia, Respondebam ex eodem Gell. in eo.loco.Quærit.n.quã ob causam tribuni qui habebant summam cohercendi potestatem,ius uocandi nõ habuerint,& sic merum habebant imperium.Sic etiam Capitaneus siue Bartigellus in ciuitate Lucana merũ habet imperiũ.solum in repertos in flagranti crimine.

Secundo: ꝙ non concessit ius dandi tutores ipsis tribunis tantum, sed prætori, & maiori parti tribunorũ in.sti.de atti.tu.in prin. Tertio ꝙ princeps potest hoc tribuere non habentibus alias iurisdictionem: ut comitibus palatinis multa.

Pro affirmatiua & cõmuni ꝙ datio tutoris sit mixti imperii.

Expeditur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatẽ. Confirmatur per argumentum a sufficienti partium enumeratione: nõ est meri imperii qa non expeditur principaliter ad publicam authoritatem: non est simplicis iurisdictionis quia non expeditur officio mercennario deseruienti actioni: & est actus iurisdictionalis: ergo etc. Et ꝙ sit mixti imperii tenet Bart. in.l.i.nu.6.ꝟ.tit.secundo & ibi cõmuniter doc.

Cætera quæ adducit hic Rimi.pro ista parte,non sapiunt.

177 Quo ad secundum: An datio tutoris competeret magistratibus munici

palibus, seu iure magistratus de iure. ff. Pro affirmatiua quare tenet Fulg. contra cōm.

Primo.l.Ius dandi.ſ.de tut.& cura. da.etc.quæ apertè loquitur:nec dicit ꝙ requiratur iussus præsidis. Ad idē l.ii §.si mater.ſ.ad tertul.ibi, etiam si a magistratibus municipalibus non petat: quoniam & magistratibus mu nicipalibus dandi necessitas iniungi tur. Responde procedere,præceden te iussu præsidis,& si pupilli facultates non sint magnæ §.antepe.insti.de attili. tutor. Et sic una lex declarat aliam.

Secundo datio tutoris fieri non potest per magistratus municipales,nisi dent hominē sui municipii d.l.ius dandi in fi.quod si competeret ex delegatione præsidis possent dare aliū de eadem prouincia.l.i.in fi.de tut.& cura.da.etc.iuncta.l.nostra in.§.qui mandatam:&.l.& si prætor.ſ.eod. eaue quia dicit eis, & illi: non eos uel illum.

Responde ex iis quæ dicam.ſ.in.v. fundamento partis negatiuæ.

178 Tertio: quia uerbum iussus nō pertinet ad delegationem, sed necessitatem importat, ut in auth. ut nul.iud. in §.Et hoc uero iubemus. no.glo.fi. mag.in.l.& quia.ſ.tit.2.gl.in supraal le.l.nec mandante, & in §.antepe. in uer.iussu,insti.de attili.tuto. ergo ui detur ꝙ iure ordinario.

Responde ꝙ nec etiam importat col lationem ordinariæ iurisd.ut.ſ.in argumento contrario.

Quarto:ex Rimin. licet in adeunda hereditate filiofa. delata requirat iussus patris qui præcedere debet.l. siquis mihi bona §.Iussum.ſ.de acqu. here. tamen ius adeundi non residet in persona patris,sed filii,ut no.Bart. in.l.is qui heres §.fi.nu.7.de acqui.he re.quod ꝓbatur in.l.filius.ſ.de inof. testa.Sic in proposito,ius dandi tutores est datum ipsis magistratibus mu nicipalibus d.l.ius dandi.iussus ergo præsidis tametsi requiratur,non efficit ꝙ ius ipsum dandi tutores non re sideat in ipsis magistratibus municipalibus.

Responde:ꝙ hereditas defertur ipsi filio:& iussus requiritur ad integrandam personam filii. potest tamen filius, ut de seruo dicitur,in.l.iii.C.de here.insti.quamuis iubente patre nol le adire.Et non defertur conditionaliter si pater iusserit:quia si pater decedat interim,& nō iusserit; uel aliter a patria potestate liberetꝰ filius,poterit adire:sed in terminis nostris nō aliter id conceditur magistratibus municipalibus,nisi conditionaliter si preses iusserit.Et conditio nihil ponit in esse ut explicabitur in quinto argumēto partis negatiuæ.

Quinto: aliquid competere dicitur uel ex ordinaria iurisdictione, uel delegata.l.more cum.l.seq.ſ.titu.2.Sed ex delegata non competit magistratibus municipalibus quia posset dare tutorem etiam non municipem dum modo eiusdem prouinciæ ut supra dictum est,quod nō possunt d.l.ius dandi in fi. Ergo competit ex iurisdictione ordinaria.Comprobatur, quia iussus superioris non alterat iurisdictionem,sed excitat, ut tradit Ias.in.l.Ius ad ciuile supra de iusti.& iur.col.i.

Responde: ꝙ eam iurisdictionē nō habet magistratus municipalis nisi iussus præsidis eam influat. Et quod dicit Ias.de excitatione, procedit quā do prius competebat iussu illa iuris dictio:

dictio:sed in q.nostra,ante iussum nõ competebat.

Pro parte negatiua & communi ꝙ olim datio tutoris non competeret iure magistratus.

181 Primo: ea quæ specialiter tribuuntur maioribus magistratibus,denegãtur minoribus.l.nostra in utraq; regula secundum cõm.intel lec. Sed tutoris datio specialiter cõmissa est maioribus magistratibus d.l.i.ĩ.de tuto.& cura.da.&c.iuncta.l.muto §.tutoris datio.ĩ.de tute.ergo etc.

Respõderi potest per præalle.l.Ius dandi:sed replicatur per §.antepe.insti.de attili.tuto.secũdo posset respõderi per.l.In causæ §.hæc autem cognitio.ĩ.de procur.iuxta ea quæ scripsi supra in glo.in uers.specialiter:respõnderi tamen ut ibi.

Secundo datio tutoris est mixti imperii: ut supra in prima q.& plenam requirit causæ cognitionem:& magis participat de mero imperio, ut patet ex definitione tutelæ . ergo non cõpetit magistratibus municipalibus.l.ea quæ in prin.ĩ.ad muni.

182 Tertio.l.nostra in uers. Quæ uero iure etc.iuncta.l.nec mandante de tuto.& cura.da etc. Responde retorquẽdo d.l.Nec mãdante:& non mandante ut ex Laur.Vall.in 2. libr. elegan.linguæ latinæ,capi.96.ut sit sensus:Et nõ mandante præside,alius.s. magistratus municipalis tutorem dare potest d.l.ius dandi . Replica per cõm. intellec. ad illum text.ꝙ dictio nec,determinat uerba alius etc.

Quarto specialiter id cõcessum est legato proconsulis a principe d.l.i.de tuto.& cura.da.etc.& sic non ueniebat sub delegatione.ergo etc.

183 Quinto: ablatiui absolute positi faciunt conditionem.l.a testatore cũ ibi no.ĩ.de condi. & demonstra.Et ꝙ est in conditione non dicitur esse in dispositione.l.siquis sub conditione ĩ.si quis omis. ca. testa.l.necessario §. quod si pendente de peri. & commo. re.uen.sed §.antepe.insti.de attili.tuto.utitur ablatiuo absolute prolato; dicit.n.uel magistratus iussu præsidũ etc.ergo ius dandi tutores nõ cõpetebat ipso iure magistratus municipalibus nec in ipsis residebat. Et per hoc tollũtur multa cõtraria & specialiter quartũ. Post iussum hoc efficit iussus:ergo nõ potest dici ꝙ simpliciter & absolute ac libere cõpeteret iure ipsius magistratus per.c.de multa

184 ibi libere etc.de præben.ubi Ab.in.1.col.& per no.per Ias.in.l.i.in.1.lec.nu. 5.C.de sac.san.eccle.& per.l.iubemus C.de appella.c.si quem de procura. lib.6.facit.l.profectitia.ĩ.de iur. dot. ubi,si pater iussit dotem dari, profectitia est:&.l.i §. sed & siquid.C.de uete. iur. enu. ubi omnia nostra facimus etc.Accedatq; uerba debent accipi simpliciter.l.hoc legatum & ibi Bar.de lega.iii.

Concluditur ueram esse hanc opi. negatiuam & cõm. ut tradunt Ias.& Curt.iun.hic,licet uera sit illa opi. ꝙ ea tantum delegari possint quæ cõpetunt iure cuiuslibet minimi magistratus, nisi inspecta.l.fi.C.de peda.iudi.& quãtum ad facultatem liberã delegandi:ut probaui supra circa declarationem.l.2.C.de peda.iudi.

Circa tertium An hodie iure nouissimo datio tutelæ competat iure magistratus quando facultates pupilli sunt infra quingentos aureos? gl.hic tenet ꝙ sic.Idem uidetur uelle Bar.in l.i.col.3.nu.6.ĩ.tit.secondo ubi conclu

dit q datio tutoris semper est mixti imperii: sed quandoq; maioris, quandoq; minoris. & ista opin. cōmuniter tenetur, ut tradit Alex. in d.l.i.in gl. in uer. tutores col.4.& seq. respondēs ad §.pe.inst.de atti.tuto.dum requirit q fiat cum episcopo; q idem faciet delegatis. sic etiam hic nu.36.

Fulg. hic tenet idem esse hodie' put olim. Rimi. Ias. Dec. Cur. iun. in isto membro tenent contra cōm. & sic q nec etiam hodie' datio tutoris competat iure magistratus, & delegari possit: quia Iust. in d §.pe. non permittit simpliciter defensoribus ciuitatū dare tutores, sed una' cū Episcopo, uel aliis publicis personis, & licet plures ordinarii censeantur habere iurisdictionem in solidum, ut not. in l.i. supra de offi.cōs.& in l. si uni, alias Pōpo. ff. de re iudi. tamē in d §.pe. dictio una', quæ simul significat, & stat con

186 iunctiue' l.fi.C.de impu.& ali. substi. & per Bal. in l.1 §.his autem, nu.2.C. de cadu.tollen. efficit, ut unus nō possit absq; alio: Accedat q dictio cum, posita inter personas cōiungit æque'

187 principaliter: licet secus quando ponitur inter res, Bar. in l.i. ff. de pecul. lega.& est tex. in d.l.1. iuncta 2.3.&.4. & perinde est dicere illi cum illo, q illi & illi. l. Illi cum illo. ff. de usufr. leg.

Aduerte tamen q d §.pe. sic loquitur: defensores ciuitatum una cum eiusdem ciuitatis religiosissimo antistite, uel alias publicas personas. i. magistratus uel iuridicum Alexandrinæ ciuitatis etc.& sic extra ciuitatem, solus magistratus municipalis dabit: ut dicit ibi glo. in uers. uel alias. Videtur ergo q per hoc sustineri possit cō mu. opi.

188 Sed caue q ex. l.i. iuncta. l. nec mādante & l. ubi absunt. ff. de tuto. & cura. da. ab iis. etc. & l. muto §. tutoris datio de tute. uidetur probare cōtrariū: & sic q non ualeat consequentia, conceditur hodie' magistratibus municipalibus, ergo competit iure magistratus: ut probatur ex glo. supra in uers. quæ uero iure magistratus: quæ uult q competere dicatur iure magistratus, quando ex ui & natura ipsius magistratus competit. uel dic intelligi uel alias publicas personas. s. una' cū antistite. & sic de magratibus ciuitatum, absente defensore argumento l. ubi absunt. ff. de tut. & cura. da. etc. & l. fi. C. de iud. Et replica hic quæ scripsi supra in præced. q. in quinto argumento pro cōmuni. In institutionibus Theophili dicitur: quiuis magistratus ciuitatis episcopo assistente. Et Iuridicus Alexandrinæ ciuitatis libere poterat dare tutores. l.2. supra tit. proximo. Et ui. quæ scripsi in disp. circu.

In secunda parte prin. gl. ibi sed cōtra; quæ subdiuidi potest in duas, ut in prima opponat, in secunda, ibi, sed certe; soluat: opponit gl. q imo etiā ea quæ iure magistratus competunt delegari non possint per §. eos autem immo est §. Illud tamen uers. eos autem in auth. de man. prin. colla. iii. ubi prohibet Imp. dari a iudicibus etiam spectabilibus loci seruatores: & per tex. in auth. ut iudi. Si. quo. suffra §. nulli colla. secunda, & in §. i. in auth. ut nul. iudi. ubi nulli pœnitus iudicū cōceditur mittere loci seruatores per ciuitates nisi certis excausis princeps concesserit gl. soluit prout in ea. Bar. sub nu.6. respondet q in dictis iuribus Imp. loquitur de quibusdam latronibus, puto uoluerit dicere latrunculatori-

culatoribus, qui ibant per prouincias
spoliando. & illud prohibetur. Vel,
secundum Pet. ꝙ ibi quando præses
uolebat sine causa proficisci extra p-
uinciam, & in ciuitate unũ relinque-
re qui generaliter hoc faceret: sed de-
legare causam donec reuertatur est
permissum, ut hic. Alex. nu. 37. im-
pugnat sol. gl. p. l. i §. pe. supra de offi.
præfect. urb. sed non ob. quia loquitur
eo iure. ff. & in præfecto urbis. & de
aliis personis. Impugnat etiã sol. Bar.
tanquam repugnantem iuribus alle.
in glo. & §. Ad hoc id prohibemus in
auth. de collato. Quare ipse aliter sol
uit ꝙ iudex ordinarius possit genera
liter causas pelegare ut in. l. nostra §.
fi. l. ii. & 4. ſ. eo. Addebã. l. solet cum. l.
seq. ſ. titu. secundo sed non cõmittere
ex toto regimẽ unius loci: & ita se ab
illo onere eximere nõ subsistente im-
pedimento. Sequuntur Rimi. & Ias.
& alii relati per eos id uoluerunt. Ad
uerte ꝙ Bar. Firmat suam oppo. con-
tra tex. ibi si proficiscatur.

Dicebam restringendum esse quod
de delegatione dicitur, per. l. 2. C. de
peda. iudi. & auth. Ad hæc. C. de iud.

Curt. iun. nu. 58. Pata. nu. 126. breui-
ter se expediunt. Dec. reseruat dicen-
dum infra in glos. in uers. possit eam.
& ego quoq; Vi. Curt. quo ad Barto.

Glos. in uers. fortissimum: intrica-
ta est & obscura secundum Iaso. Diui
ditur in tres partes. Primo: ponit
unam declarationem, secundo oppo
nit contra text. tertio, ponit aliam de
clarationem ad istum text. secunda
ibi, quandoq; in uim conditionis: ter
tia ibi, uel aliter.

Bartol. de materia huius glos. num.
septimo: Alexan. sub numer. 37. cum
sequen. per tres col. examinans ma-
teriam argumenti a contrario sensu.
Iaso. sub nume. 68. usque ad 70. bre-
uiter: quoniam eam expediuit in
quarto not. Dec. nume. 45. usque ad
61. per sex col. Curt. iun. num. 59. usq;
ad 64. per tres col. Pata. nu. 127. usque
ad 148. per col. 9.

Pro expeditione primæ partis quero
quõ colligatur fortissimũ argumẽtũ
189 ex. l. iul. de ui? Respondet glos. quia
dictio si ponitur pro quia, & sic pos-
sit eam, si proficiscatur, mãdare: idest
quia proficiscatur. Vnde summitur
argumentum a cessante ratione per
l. adigere §. quamuis infra de iur. pa-
tro. quem text. declara per §. sed & il-
lud instit. de adop. l. sed & quesitum.
§. i. ſ. de lib. & posthu. l. spadonum de
uer. sig.

190 Rimin. impugnat glos. quia dictio
si, tunc exponitur pro quia, quando
præponitur orationi quæ rem præsu
ponit pro certa. l. uideamus in princ.
infra de in lit. iur. ibi, iurare in litem
non potest pupillus si impubes est:
iuncta. l. pupillus de uer. sig. Bart. in
l. prima nume. 5. de condi. & demon-
stra. De propria significatione dictio
si importat conditionem: & sic quod
potest esse & non esse. l. Cum ad præ-
sens. ſ. si cert. pet. Bar. in d. l. i. de con-
di. & demonstra. Quidam respon-
debant de necessitate requiri ꝙ profi
ciscatur si uult posse mãdare, nihil est.

191 Subdit glo. in secunda parte quan-
doque dictionem si poni pro quam-
uis est text. & ibi glo. in. l. fin. C. de li-
ber. & eod. libr. ibi si militantes etc.
quãdoq; in uim condictionis: & hinc
non summitur.

In 2. par. gl. opponitur de. l. 2. C. de cõ
di. inser. ubi, pater fideicõmissum fe-
cit a filia herede instituta, restituendũ

in diem certam: & adiecit, ꝙ ipsa de fideicõmisso præstando cauere tenetur, si a marito non diuertisset. non summitur ibi argumentum a contrario sensu ꝙ si a marito diuertisset, nõ teneretur cauere. & sic uidetur cõtra text. nostrum. Glo. soluit dupliciter: prima sol. cõmuniter reprobatur: secunda recipitur: prout .j. latius demonstrabitur.

In tertia parte gl. declarat aliter tex. nostrum. s. ꝙ non procedat, argumentando a contrario sensu, sed de similibus ad similia: quia cauebatur de. l. iulia. ergo idem de alia causa criminali: cum diuersitatis ratio assignari non possit. l. a titio infra de uerbor. obligat. Et ita inquit glos. non dicitur a contrario sensu scilicet fortissimum argumentum, sed de similibus ad similia.

Doc. reprobant hanc secundam expositionem gl. quia lex iulia procedebat permittendo delegationem in casu absentiæ; non prohibendo. ergo ex sensu directo a simili non resultat prohibitio delegationis: sed a contrario sensu bene resultat. Et tunc a simili quod a contrario sensu in casu. l. iuliæ prohibetur, censetur prohibitum in aliis causis similibus. Duplex igitur potest summi argumentum: primum a contrario sensu: secundum a simili. Sed simpliciter a simili, prout dicit glo. non potest summi ut inducatur prohibitio, delegationis.

Dec. hic plene tractare uolens materiam argumẽti a cõtrario sensu post Alex. & alios; prius declarat intelle. l. 2. C. de condi. inser. quæ ualde difficilis reputatur. Quare Fulg. ibi dixit illam. l. esse multum inuolutã in eius intellectu; & melius intelligi q̃ possit exprimi. quod re ipsa comprobauit: quia obscurissime loquutus fuit.

Intellec. cõm. ponitur ibi per glo. & clarius per Pau. ca. qui duo ad intelligentiam præmittunt: primum, ꝙ hæres tenetur cauere de præstandis legatis in diem uel sub conditione factis, ueniente die uel impleta conditione
192 ut habetur in ti. ff. ut lega. no. caue. secũdum ꝙ testator hæredem exonerare potest a tali cautione. l. 2. & l. scire. C. ut in poss. lega. l. fi. in prin. ff. ut lega. no. ca. Dec. omittit hoc secũdum, & ponit aliud. s. ꝙ institutio, uel legatum factũ mulieri si diuerteret a ma-
193 rito, debetur, dato ꝙ non diuertat: quia illa conditio tanq̃ turpis reiicitur. l. repræhendenda. C. de instit. & subsți. l. sed neq; §. fi. j. de usu & habi. Bart. nihil scribit super illa. l. præter summarium, continens ꝙ argumentum a contrario sensu nõ potest sum-
194 mi quando prauus resultat intellectus, & ita communiter intelligitur illa lege secundum quem commun. intellect. casum ponit ibi Paul. post glos.

Dec. hic insurgit contra dictũ cõm. intellectum, quasi uideatur contra il-
195 lum tex. expresse uolentem ꝙ dispositio præalleg. l. repræhenda non habeat, locum in illo casu: cum formaliter dicat illa. l. 2. Nec exemplum legati uel hæreditatis in quibus conditio diuortii nõnunquã remitti solet, huic rei comparandum est. Si non habet locum, inquit Dec. ergo dato ꝙ testator expresse dixisset ꝙ non caueret si diuerteret, conditio diuortii non remitteretur in illo casu.

Aliter ergo declarãdum putat Dec. illum tex. secundum Pet. quem ibi refert

fert Alber. qua declaratione non uidetur secundum Dec. ibi tractari de argumento a contrario sensu: quia etiam si testator expresse' disposuisset q̃ si diuerteret non caueret, tenetur tamen cauere si non diuerteret: quia, ut ibi dicitur, in illo casu nõ habet locum d.l. reprehendenda.

196 Sed aliter loquitur Alber. meus referens uerba Pet. q̃ dicat Dec. Inquit enim q̃ in illa.l.2. nõ summitur argumentum a contrario sensu, non ea ratione quod resultaret prauus intellectus; quia sic totum remitteretur: sed ea quia infringeretur praetoris edictũ disponens q̃ caueatur. Verbi gratia, dicit Alber. si testator legatet, si diuerteret, ualet legatum, & remittitur conditio tanquã turpis: sed si leget sub conditione rem aliquam, & remittat cautionem si diuertat: si cautio remitteretur fieret contra edictum praetoris: & sic per subauditum intellectũ infringeretur praetoris edictum. Et in effectu uoluit Petr. q̃ in d.l.2. non summatur argumentum a contrario sensu ne per tacitum subauditum infringeretur dispositio iuris. Et sic aliter loquitur Pet. & alia ratione q̃ dicat Dec.

Praetermissus multis quae dicit Dec. hic, in quibus non recte' uidetur loquutus, eius mens ea uisa est q̃ in illa.l.2. ideo' cauere debeat mulier, qa hoc facere tenebatur si expresse' & in sensu directo disposuisset testator q̃ non caueret si diuerteret: postq̃ ipsa noluit implere cõditionem & obtemperare uoluntati paternae: cum non procedat argumentum de tali conditione adiecta legato ad adiectam soli cautioni. Et ideo' per inde seruari debet edictũ praetoris de cautione praestanda, ac si nihil super ea rescriptum fuisset: cum conditio euanuerit. Et sic sequitur q̃ decisio illius.l. non fundatur in eo q̃ ibi summi non possit argumentum a contrario sensu.

Subdit Dec. hic secundum Ricar. malumb. relatum per Alber. in d.l.2. sed clarius per Ful. q̃ nõ poterat summi argumentũ a contrario sensu put faciebat mulier: sed sic: praecepit caue re si a marito nõ diuertisset, ergo a cõtrario sensu non praecepit cauere si diuertisset. Et sic perinde, esset ac si de ea re nihil scriptum esset: quia remaneret in dispositione iuris cõmunis. Istum intellec. Ricar. & alium Pet. de quo supra refert Cy. in d.l.2. ubi tria praemittit ad euidentiam. Et omnia quae scribit ibi Albert. dixerat prius Cy.

Bal. ibi nu.2. notat ex illa.l. q̃ iussa
197 cauere si non diuertat, tenetur cauere: & non diuertendo non dicitur facere contra uoluntatẽ testatoris: quia qui apponit conditionem uult eam existere ergo uult filiam non diuertere, q̃ autem qui apponit conditionẽ uelit eam existere dixit ibi prius glo. si. in fi. allegans.l. si quis locuplex in fi. ff. de manu. testa. & l. dedi in fin. de condic. ca. da quae ll. iudicio meo, nõ probant.

Alio modo posset intelligi d.l.2. se
198 cundum glo. fi. ibi, & glo. hic, ut ibi accipiatur si pro quamuis nihil alle. poterat allegare.l. fi. iuncta gl. C. de lib. & eo. libe. ibi si militantes docebuntur ingrati: quo casu non summitur argumentum a contrario sensu secundum Alex. hic in 2. limit. Rimin. & Ias. in tertia.

Scribunt super d.l.2. Cy. Alber. Bal. Salv. Fulg. Pau. ca.

Vt autem apertius constet de uero intelle.d.l.ii.præmitto, ultra ea quæ secundum gl.Pau.& Dec.supra præmissa fuerunt, ꝙ illa.l.ii.fuit Imper. Seue.& Anton.& sic antiquior quã supraalle.l.repræhendenda,quæ fuit Valent.& Galic.Imp. ac etiam q̃.l.cũ te pietatis &.l.filia.C.de inoffi.testa. quæ sunt Diocle.& Maxim.ac etiam q̃.l.sed neq;.ff.de usu & hab.quæ fuit Vlpi.qui floruit sub Alex.Imp.con-
100 siderabam etiam ꝙ conditio si fiat diuortium apposita a patre, non uidetur turpis secundum tempora dictarũ ll. patet quia diuortium permittebatur a lege ciuili, toto ti.ff.de diuor.& lex debet esse honesta.c.erit autem lex di stinc.4.facit.l.gracchus cũ ibi no.C. de adult. Et ideo tex d.l.ii.dicit ꝙ cõditio diuortii nonnunq̃ remitti solet. ergo in contrarium uidetur regula, per ea quæ tradit Dec.in.l.i.in.3.not. Cagno.nu.3cũ seq.ĩ.de reg.iur. Nec ob.præall.l.repræhendenda.C.de in sti.& sub sti.quia ibi mater contra uti
101 litatem filiæ, & contra bonos mores absq; causa uolebat dissolui bene cõcordãs matrimonium: nec in potestate matris est filiæ diuortiũ.l.filiæ.C. de repud.nec lex confidit de consilio fœminæ.l.fœminæ.ĩ.de reg.iur.c.forus cum ibi not.de uers.sig.Nec obst. præalle.l.cum te pietatis.C.de inoff. testa.ubi pater ideo filiam exhæredauerat quia noluerat a uiro diuertere, nam competit ibi filiæ querela,cũ huiusmodi causa non esset sufficiens ad exhæredationẽ, licet pater potuisset licite dicere ꝙ diuerteret,similiter nõ ob.l.i §.si.cum.l.seq.ff.de libe.exhib. &.l.sed neq; .ĩ.de usu & habi.quia intelliguntur quando acerbe & sine magna & iusta causa contra uoluntatem filiæ pater uellet fieri diuortium: cũ
102 diuortium filiæ non emancipatæ in potestate patris fit ex magna & iusta causa.l.dissentientis.C.de repud. ad eo ꝙ pater potest mittere nunciũ repudii pro filia mente capta, licet ipsa
103 uel eius curator nõ posset.l.Iulianus uers.Patrem.ĩ.de diuor.Accedat.l.si. in prin.C.de cur.furio.& isti.de nup. in prin.

104 His præmissis, diuiditur d.l.ii.C.de condi.in ser. in tres partes: In prima ponit.q.& eius decisionem:In secunda respondet tacitæ obiectioni:In tertia confirmat suam decisionem secun da ibi, nec exemplum: tertia ibi, cũ absurdum. Summatur sic.

Si pater filiæ institutæ & in diem
105 grauatæ præceperit cauere legatorũ nomine,si a marito non diuerteret,tenetur filia nõ diuertens cauere: quia testator cautionem non remisit, si nõ diuerteret.

106 Casum sic ponebam.Pater filiam institutam grauauit ut quædam bona iure fideicõmissi Titio daret in diem certam: præcepitq; eam cauere de fideicõmisso in diem restituendo si nõ diuerteret a uiro.Mulier,neq; diuertere uolebat,neq; cauere.Instante legatario ꝙ caueret qnia ius hoc dispo nit & testator non remiserat cautionem; contradicebat mulier quoniã a contrario sensu testator uoluit ꝙ si diuerteret, non caneret, argumento.l. iuliæ de ui pront ex ea summebat argumentum.Papi.in.l.i.nostra de off. eius: sed ista conditio, si diuerteret, non uidetur attendenda, quod bonis moribus aduersetur turbare bene cõcordantia matrimonia ex eo quod habetur in.l.i.circa fi.ibi, & certe eo iure utimur.ff.de libe.exhib.quæ licet sit

Vlpia.& sic posterior, tamen probat q eo iure etiam prius utebantur. Adducebatur etiam q prædicta ratione remittebatur talis conditio diuortii adiecta legato uel institutioni; nõ per iura supra all. quæ non erant ædita, sed quia forte aliquando sic seruatum fuerat. Et eodem modo uidebatur dicendum ex identitate rationis.

Contrarium determinatum fuit in l. nostra: & sic q filia teneretur cauere. Ratio decidendi: quia ius ita disponebat, nec testator cautionem remiserat, & absurdum esset, ex eo q filia non obtemperaret patri, quia nõ diuertit; prout allegabat mulier patrem uoluisse a contrario sensu, non obtemperaret etiam legi. Habebat mulier contra se dispositionem iuris: & conditio resultans a contrario sensu euanuit cum ipsa noluerit diuertere, nec uellet, quare perinde haberi debuit ac si de ea re nihil scriptum fuisset per. l. si quis sub conditione. ff. si q̃s omis. ca. testa. l. necessario. §. quod si sub conditione. ff. de peri. & cõmo. re. uen. s. per rationẽ de qua in dictis ll. Nec exemplum legati uel hæreditatis huic rei comparandum esse dicunt Imp. authores huius. l. Ratio potest esse, quia mulier ne amitteret hæreditatem uel magnum legatum, induci posset ad diuortium, sine alia causa, cum auarissimum sit genus mulierum: sed ubi agitur de cautione tantum pro legatis præstandis, nullius præiudicii est præstare cautionem. & propterea ex releuatione ab ea non induceretur mulier ad dirimendum bene concordans matrimonium. Præterea non erat regulare, in legatis & hæreditate q remitteretur conditio diuortii: ut patet in tex. nostro ibi, nõ nũquã. nam ut, supra probaui, conditio diuortii apposita a patre in se non erat turpis.

Videndum est nunc in quibus iuribus & actibus locum habeat argumẽtum a contrario sensu? Et sequendo Iasonis ordinem in 4. no. usq ad expeditionem secũdi quesiti inclusiue, sic materiam prosequar, querendo.

Primo an argumentum a contrario sensu locum habeat in legibus. s. cõmunibus? Secundo an in statutis? Tertio an in ultimis uoluntatibus? Quarto an in contractibus? Quinto an in sentẽtiis? Sexto an in rescriptis? Septimo an in mandantis?

207 Quo ad primum q in legibus locũ habeat etiam conditionaliter loquentibus, firmant hic Alex. nu. 38. Rimi. & cõmuniter doc. præsertim per. l. nostram in uers. Huius rei, quicquid in contrarium dixerit Dec. supra in ult. no. ubi eum contradicentem cõmuni opinioni, reprobaui. Admittit hæc regula plures limitationes.

208 Primo limitatur, secundũ gl. & doc. hic, & in prealle. l. ii. C. de cõdi. inser. quãdo resultaret prauus intellectus. quæ limitatio rationem in se habet, & uera uidetur per. l. nam absurdum. ff. de bon. libert. & per tex. elegantem in l. scire oportet. §. Illud autem. ff. de excusa. tuto. sed nõ uidetur probari per iura a gl. & doc. adducta. nam. l. ii. C. de condi. inser. non probat: ut proxi-

209 me demonstraui. Similiter. l. conuenticulam. C. de epis. & cleri. parum facere uidetur, non facit in principio, cum dicat: conuenticulam illicitam etiam extra ecclesiam celebrari prohibemus. Et sic propter dictionem etiã

non poteſt ibi ſummi argumentum a contrario ſenſu ut per Alex.hic in ſecunda limi.Rimin.& Iaſ.in tertia.In fine etiam non uidetur probare: cum proſcribi uelit domũ in qua dominus eius ſuſceperit clericos illicitas conuenticulas facientes. Nam ſi colligeretur argumentum a contrario ſenſu, ꝙ ſi non clericos ſed Laycos illicitas conuenticulas facientes, ſuſciperet, non publicaretur domus per illam.l. non reſultaret ex hoc prauus intellectus.quoniam aliter puniri poſſet extra ordinem, uel etiam pœna de qua l.2.ſ.de colle.illi.& ſicut grauius peccant clerici q̃ layci, ſic etiam clericos ad id ſuſcipiens, grauius errare uidetur.

Secundo limitatur,quando induce
310 retur legum correctio, ſm Alex.Rimin.Iaſ.& Dec.hic per.l.nemo.C de iur.om.iud.& p.l.ſi §.filius auté.C.de bon.quæ lib.cum aliis per Dec.adductis.

Sed aduertendum ꝙ d.l.nemo, nõ
311 uidetur hoc probare.eſt.n.lex Conſtantini cuius tẽporibus ordinarius poterat recuſari: cum aliqua lege nõ prohiberetur: ut patet in.l.ſi pariter ſ.de lib.ca.ibi,ad eundẽ iudicem mittetur niſi iuſtã cãm afferat. Et hoc in effectu no.gl.ibi:licet poſtea contrarium dicit per.l.apertiſsimi, eũ auth. ibi poſita.C.de iudi.ſed il a eſt lex noua.Iuſti.& tamen etiam per ipſa iura noua poteſt ordinarius allegari ſuſpe
312 ctus:& datur ei adiunctus epiſcopus: & de conſuetudine etiam aliquis bonus uir ut per Iaſ.in d.auth.ſatis.n.dicitur recuſari quando ſine adiuncto nihil poteſt. De iure autem cano.etiã ordinarius recuſatur in totum.c.cum ſpeciali de appel cum ibi not.Idemq; recte intuenti, uidetur fuiſſe de iure ff.d.l.ſi pariter:ubi ſi proprietarius & fructuarius pariter conſiſtant aduerſus aliquem qui de libertate litigent, ſi alter abſit, alter poterit agere de liberali cauſa pro ſuis iuribus,nec præiudicatur iuribus abſentis,quod ſi adhuc non finito iudicio ſuperuenerit, ad eundem iudicem mittetur:niſi iuſtam cauſam afferat quare ad eũ mitti non debeat, forte ſi eundem iudicẽ inimicum ſibi eſſe affirmet.intellige, & probet, & tamen ex natura cauſæ idem iudex cognoſcere debebat de iuribus utriuſq; & proprietarii & uſufructuarii ut ibi in l.præcedenti, in fi.facit.l.prætor.ſ.tit.ſecũdo ubi propter ſuſpitionem,debet prætor cauſã delegare non ſuſpecto.

Videtur ergo ꝙ optime procedat argumentum a contrario ſenſu in d.l. nemo.C.de ius.om.iudi.Nemo (inquit tex.) poſt litem conteſtatam,ordinariæ ſedis declinet examen ergo a contrario ſenſu ante litem conteſtatam poterat declinare. Et iſte uidetur uerus intellectus illius.l.cum eo tempore non eſſet inducta prohibitio recuſationis iudicis ordinarii.Quinimmo & hodie etiã allegatur ſuſpectus ordinarius non ut remoueatur a cognitione cauſæ, ut olim,ſed ut detur ei adiunctus iuxta d.l.apertiſsimi cũ auth.ibi poſita.C.de iudi.

Probatur autem intentio doc.in.l. fi.§.filiis autem fami.C.de bon. quæ libe.iuncta.l.pe.C.qui teſt.face.poſs. ut demonſtraui ſupra in ulti.no.contra Dec.& ſecundũ cõm.opi.& ex dictis ibi tollitur inductio quam facit Rimin.hic de.d §.filius autem.

Iſta ſecunda limitatio non procedit ſecundum Alex.hic ſub nu.38.Rimi. &

& Iaso. quando lex nihil operaretur in sensu directo: nam ut lex aliquid operetur summitur argumentum a contrario sensu ad correctionem iuris comm.auth. Diaconissam iuncta l.nulla.C.de epis. & cleri. Nam in.l. nulla, disponitur quod nulla mulier quae non excedat 50.uel 60. annos fiat diaconissa. In d.auth. Diaconissam, dicitur quod non ordinetur in diaconissam ea quae sit minor quadraginta annis. & his uerbis utitur: non ordinari praecipimus quae minor sit 40.annis ergo a cōtrario sensu praecipit ordinari maiorem 40.annis. & ita illam auth. intelligit gl.in.d.l.nulla. & ita firmat
214 Alex.hic: intelligendo tamen quādo lex esset noua, non nouam autem accipere eum puto quamlibet quae ab eodem legislatore sit aedita, & eodem tempore promulgata: cum censeri nō debeat incontinenti se uelle corrigere, l.Non ad eā.ff.de condi.& demonstra. Sic defenditur Alex.hic a Rimi. & Curt.iun.sub nu. 61. Et haec est cōmunis opi.licet Pau.ca.hic, & Dec.in auth.ex testamēto in secunda col.nu. 4.C.de colla.ad quem locum remittit hic nu.53.uoluerint quod indistincte in legibus non summatur argumentum a contrario sensu ad correctionē iuriscōm.sed in statutis sic: quia communiter statuta fiunt ad correctionē iuriscōm. Dicebam non debere constitui differentiam, quo ad hoc, inter ius municipale & ius comm. cum & illud sit ius ci.suae ciuitatis. De hoc.ff. in secundo quaesito.

Considerabam d.auth.diaconissam,
215 nō emanasse ad correctionem d.l.nulla quae fuit Valen.& Theod.sed potius ad refrenandam contrariam consuetudinem, qua sine delectu aetatis eligebantur diaconissae. Id.n.praesuponere uidetur d.auth. Diaconissam, concepta per uerba prohibitiua.

216 Declarandam autem arbitror hanc opi.cōm.ut procedat solum quando induceretur correctio legis continentis simplex ius positiuū; secus si tenderet ad correctionem iuris fundati in aequitate naturali: ne quis indebite damnum sentiret per not.per glo. in.l.si §.In computatione.C.de iur. delib.& Alex. ibi.col.3.Ias.in.l.Iustitia co l.2.uers.Tertio: supra de iust. & iur.& de hoc.ff.in secundo quaesito

217 Declaratur etiam quod sufficiat si modicum operetur lex noua, ut non fiat correctio: ut tradit Rimin.hic nu.54. Dec.nu.59.

218 Tertio limitatur praedicta prima regula & conclusio, quando in lege apposita esset dictio praesertim: uel etiā: uel maxime: uel quamuis: & similes implicatiuae, secundum Alexā.hic in secunda limi. Rimin.& Iaso.in tertia.

Nec refert quod dictio maxime indi-
219 cet idem, sed magis dubitabile in casu tacito: dictio etiam, implicet e contra idem ius minus dubitabile in casu non expresso, ut declarat Fulg.in l.qui se patris in princ.C.un.libe.& Dec.ibi in primo not.quia satis est quod in effectu idem praesuponant in casu tacito.

220 Quarto limitatur in uerbis narratiuis secūdum Alex.hic in tertia limi. Rimi.& Ias.in quarta quia uerba narratiua regulariter non disponūt nec in sensu directo.c.si papa in princ.de priui.lib.6.clem.fi.de sen.excommu.

Sed, ut aduertit Dec.hic nu.56.non potest queri de argumento a contrario sensu ubi non datur dispositio in sensu directo. Et doc. intelligunt hāc

quartam limi. quãdo uerba sunt simpliciter narratiua, & sic nõ disponũt; Sed quãdo intentio legislatoris fundaretur super narratis, quia narrare-
221 tur proprium factum, & fundaretur intentio in eo, tunc uerba narratiua probarent: & consequenter posset summi argumentum a contrario sensu ex eis, ut in clem.i.de proba. Et si diceretur non inducere dispositionẽ, sed probationem.l.publia §.fi.ĵ.depo diceré satis esse ꝙ probatio includat dispositionem legislatoris.

De uerbis enunciatiuis quomodo & quando probent inter partes, uel etiam quo ad alios, tradit Dec. in auth. siquis in aliquo col. penul. C.de æden. declarando dispositionẽ l.optimam.C.de contra. & committ. stipu.

Quod dixi ex uerbis narratiuis probantibus colligi argumentum a contrario sensu, expresse dixit Alexã.hic nu.40.in fi.& Ias.sub nu.37.in quarta limi.in fi.

Quinto limitatur, secundum Alex.
222 hic in quarta limi.Iaso. in quinta, in uerbis modalibus.Imo.per Alex. allegatus, dicit ꝙ quando modus respicit commodum eius cui adiicitur, nõ potest colligi argumentum a contrario sensu.per text.in.l.Titio centum in prin ĵ.de cõdi.& demonstra. Vbi, si Titio cẽtum legata sint ita ut fundum emat, non cogitur Titius cauere de emendo: quia legati emolumẽtum ad ipsum tantum pertinet. Et sic cessat ratio quare cautio exigitur: secus si ad alterius cõmodum lactũ esset legatum.& hoc quando staret per debentem implere modum, secus si per casum, per.l.si fundũ per fideicõ. ĵ.de leg.i.iuncta.l.i.C.de iis quæ sub mo. Sed d.l.si fundum, nihil facere uidetur: disponitur.n.ibi ꝙ si unus ex cohæredibus consentiente legatario, sine tamen præiudicio suo, uendiderit, ut solueretur æs alienum, non tenetur heres restituere fundum legatario, sed præcium, poterit autem restituere fundum, & non præcium, si forte fundum redemerit. In d.l.i.dicitur, ꝙ in legatis, modus pro cõditione ha
223 betur, si stat per implere debentem: secus si per eum non stat: quia licet modus non impleatur, consequitur legatum. legauerat.n.ibi testator puellæ, ut nuberet Sempronio, nõ stabat per puellam, sed per Sempronium, nolẽtem, dicitur ibi, ꝙ licet modus habeatur pro conditione in legatis, tamen si per ipsam legatariam nõ stetit quin modus impleretur, potest retinere legatum. Videtur ergo ꝙ argumentũ a contrario sensu etiam in uerbis modalibus, summatur in legatis, quãdo stetit per legatarium. Dici tamen potest ꝙ tali casu, modus pro conditione habetur, ut ibi dicitur.

Sexto limitatur, quando uellet col
224 ligi ex causa impulsiua, Alexã.hic in una limi.Iaso.in sexta. Nam cessante causa impulsiua, nõ cessat dispositio. l.i §.sexum.ĵ.de postul.cum, causa impulsiua nõ sit proprie causa, sed quoddam motiuum, ut ait Bal.in.l.generaliter col.2.nu.6.C.de epi.& cleri.

Ista limitatio non uidetur proprie cõuenire materiæ nostræ, sed illi quæ tractat de argumento a cessante ratione.

Quomodo cognoscatur causa finalis ab impulsiua, declarat Bald.loco præalle.sed inquantum alle.l.cum tale.§.antepe.& glos.ff.de condi.& demonstra. non uidetur ibi probari inten-

tentio Bald.

226 Septimo limitatur secundum Alexand. hic in vi. limi. Ias. in vii. in argumento a contrario sensu unius causæ finalis, quando sunt plures causæ finales, & una cessat, altera remanente per §. affinitatis instit. de nup. l. si non lex. §. de here. instit. Sed hæc etiam melius conuenire uidetur ubi agitur de argumento a ratione cessante.

227 Octauam nouam limi. affert Ias. in constitutionibus feudorum: in quibus credit non procedere argumentũ a contrario sensu. alleg. sed corrupte. Bal. n. in. l. cum oportet in fi. prin. C. de bon. quæ libe. per cum alleg. dicit, ꝙ nisi aliquid expresse disponatur in feudis, recurritur ad ius cõm. per c. Obertus uers. Strenuus de feu. cogn. ubi, casus emergens non compræhensus in consuetudine feudorum, per legem scriptam decidetur, & ibi glo. in uer. compræhensus, quæ dicit ꝙ procedetur de similibus ad similia. De hoc Zasi. in trac. feud. in quinto articulo in octaua regula. Aduertendum ꝙ Ias. hic est defectiuus, impræssorũ culpa: quia subiicit postea secundum & tertium motiuum contra superius dicta in principali limitatione, in secundo dicit ꝙ si in cõtractibus in quibus fit stricta, habet locum argumentum a contrario sensu, multo magis in feudis, & sic in beneficiis i quibus fit latissima interpretatio. c. cum dilecti de dona. l. fi. supra de consti. princ. In tertio adducit no. decisi. Bald. in. l. Voluntas, in secunda col. uers. Pone

228 concessum est mihi feudum. C. de fideicom. ubi concludit ꝙ sicui concessum fuerit feudum, ea lege, ut extra agnatos non alienet, uidetur a contrario sensu permissum alienare inter agnatos: quamuis alias nõ essent feudi participes: & sic licet natura feudi alteretur. alle. l. pater §. quindecim de lega. iii. ubi bonus tex. & l. Lucius la seconda de her. insti. & ita residet Ias. Vnde constat ꝙ mutando sententiã, tria fecerat argumenta pro ista parte: licet ultimum potius respiciat contra ctum feudalem q̃ constitutiones feudorum. Quare inaduertenter uidetur loquutus Curt. iun. hic sub numero. 63. dicens Iaso. concludere ꝙ in consuetudine feudi non procedat argumentum, a contrario sensu quod ipsi Curt. non placebat, prout demonstraui. Ias. mutando sententiã conclusit contrarium & hanc opi. affirmatiuam sequitur Iac. nig. hic nume. 52. referens ita tenere Curt. in tracta. feudo. in quarta. que. primæ partis. Et ad Curt. præallega. se remittunt Sapia. nu. 52. & Pau. Oria. nume. 106.

229 Nono limitatur secundum Bald. in l. secunda. C. de condit. inser. quando uerba in sensu directo essent negatiue prolata. De hac limi. Alexand. in quarta not. Rimin. in sexta limi. Ias. sub nume. 54. uers. quarto: Dec. nume. 54.

Dicit Bald. ex dispositionibus priuatiuis, non resultare habitum. l. ex facto. ff. de here. insti. & ex negatiuis non resultare affirmationem. l. Titia §. fin. ff. de manu. ~~uindic~~. Vnde si pater dixerit in testamento, exheredo filium meum si non redierit ad patriam, non intelligitur a contrario sensu eum instituere, si redierit. In dicta l. Titia §. fina. dixit testator: serue nisi diligenter rationem excusseris, liber ne esto. Quærebatur an ex iis uer

P

bis fiat liber si rationes diligenter ex-
cusserit. Videbatur dicendum q sic,
per argumentum a contrario sensu.
Contrariũ determinatur: quia ex his
uerbis libertas potius adimitur, quã
datur. Prædictam opi. Bal. sequitur
Pet. de anca. in cap. primo de constit.
ut referunt hic Rimin. & Ias. qui ui-
dentur transire cum Bal. non impu-
gnando.

Alex. cõtrarium tenet per tex. in. l.
siquis libertatem §. fi. ĩ. de sta. lib. ubi
testator ita disposuit. Stichus cũ erit
triginta annorum liber esto. Stichus
si. x. non dederis liber ne esto. hanc
uim dicit ibi tex. habere uerba prædi
cta: Stichus si x. dederis & ad annos
xxx. perueneris, liber ne esto, nanq
ademptio libertatis sub cõditione fa-
cta, incipit conditionem contrariam
libertati quæ prius data erat, inicere.
Nec dicatur, inquit Alex. q ibi debea
tur libertas uirtutæ primæ dispositio
nis, non ui argumenti a contrario sen
su uerborum negatiuorum: quia im-
mo summitur, ut patet in tex. ibi si x.
dederis. alias non fuisset opus dare
230 decem: ut ibi patet.

Dec. etiam impugnat opi. Bal. & se
quitur Alex. sed aliter mouetur, quia
ĩ d. l. Titia §. fi. illa uerba, liber ne esto
negant potentiam: ita ut sit sensus: nõ
possis manumitti nisi diligenter ra-
tiones excusserit. & ita illum text. in-
telligunt cõmuniter doc. in. l. actione
C. de transac. Non tamen respõdent
ad rationẽ ibi assignatam in tex. quia
ex his uerbis libertas potius adimitẽ
q̃ datur. Potest respõderi, quia negãt
potentiam, secus si respicerent actum
ut in d. l. siquis libertatem §. fi. Breui-
ter idem quod scribit Dec. uoluit Ale
xan. circa solutionem d. l. Titia §. fi. so
lum dissentit Dec. quo ad inductionẽ
præallegatæ. l. siquis libertatem §. fi.
sed postquam conueniunt circa intel
lectum d. l. Titia, demõstrantes q ibi
recte colligi potest argumẽtũ a cõtra
rio sẽsu, q si rationes reddiderit, liber
esse possit. i. possit manumitti, non est
laborandum circa alia. Aduertendũ
etiam q immo Ias. uidetur recedere a
limitatione Bal. cum in fi. dicat. Ad. l.
Titia §. fin. respondet Alex. prout re-
spondent Bart. & alii in. l. actione. C.
de transac. & cum illa solutio sit com
munis, corruit fundamentum Bald.
Ab opi. Bald. uidetur etiam recedere
Rimi. dicens ultimo loco, contra eã
facere. c. cum apostolica, in uers. si. de
iis quæ fi. a præla. ubi ex uerbis nega
tiuis & prohibitiuis colligitur argu-
mentum a contrario sensu. & gl. ibi in
uerb. intelligi, no. colligi in illo tex. ar
gumentum a contrario sensu: quicqd
circa illud. c. dixerit Dec. supra in ul-
ti. not. ad dictũ Bald. de filio ut supra
exheredato, respondet. Dec. hic uerũ
esse, sed alia ratione: quia inter exhe-
redare & instituere, datur medium. s.
præterire. Et. l. ex facto. ĩ. de hære. in
stit. non facit ad rem. Concluditur er
go hanc nonam limitationem reiiciẽ
dam esse. Et contra eam tenet Iaco. de
Nigr. hic nu. 69. & 70. respondens ali-
ter ad. d. l. Titia. Sebasti. Sapi. nu. 49.
leuiter tamen: Pau. de Oria. nu. 112. li
cet præsuponat opi. Bal. esse comm.
quod uerum non est: ut patet ex su-
pra deductis, licet Mantua nu. 144.
cum pluribus seq. teneat opi. Bal. ta-
men non bene firmat: cum dicat, co
gitate.

Circa secundum principale, quæsi-
situm: Quid in statutis: de quo Ale-
xan. nu. 43. usque ad 48. inclusiue, Ia-
so. nu.

ſo.nu.40.cum ſeq.Dec.nu.59.cũ ſeq. Cur.nu.85.

Iaſ.reſtringens materiam, & aliorũ dicta referens, ex cõmuni opi. ſecundum eum, duas format concluſiones. Prima eſt: Quando ſtatutum diſponit præter ius cõm. locum habet argumentum a contrario ſenſu, ut ſupra
231 circa primũ qnæſitũ. Scda cõcluſio: ꝙ nõ procedat in ſtatuto correctorio ad correctionem iuris cõis. Limitat primam conclnſionem. Primo quando alio capite ſtatuti caueretur ꝙ ſtatuta nõ reciperent extraneũ uel ſubauditum intellectum. Secundo, quã
232 do alio capite ſtatuti diſponeretur ꝙ ſtatuta intelligantur ad literam ꝑut iacent.

Fundantur hæ duæ limitationes ea
233 ratione, quia argumentum, a contrario ſenſu dicitur ſubauditus intellectus: ut tradit Iaſo. hic, & per. l.i. ꝟ. ſi tab. teſta. nnl. extab. Vera ſolutio ſalté primæ limi. pendet a ueritate quæſtionis.

An argumentum a contrario ſenſu, ueniat ex interprætatione & coniectura, an ex ſenſu & mente. l. de qua Iaſ. hic, Dec. nu.59. & 60. Curt. iun. nume.88. & 89. & ſupra in ſexto not. nu. 43. Iaco. Nig. nu. 42. cum ſeq. Sebaſti. Sapia. col. fin. nu.99. cum ſequ. Pau. Oria. nu.99.

Quod ſit ex ſenſu & mente legis tenet Bar. hic in fi. comenti poſt Dy. licet aliter loqui uideatur in. l. omnes populi nu.61. ſupra de inſti. & iur. De ci. hic ſub nu.59. uerſ. Non obſt. ꝙ argumentum, & nu.60. tenet ꝙ argumentum a contrario ſenſu uenit ex mente ſaltem quando ſnmmitur a cauſa finali, idque tenet Cur. iun. hic nume.43. multa adducens, & reſpondens ad contraria. hanc opi. ſequitur & cõm. eſſe dicit Sapia nu.99. cũ ſeq. quædam adducens pro utraq; parte, & nu.102. dicit argumentum a contrario ſenſu, propriè dici ex lege quantũ ad mentem, ſed non quantum ad uerba. & ꝙ dicatur potius uenire ex mente & intellectu quã ex uerbis, noluit Pau. Oria. hic nu.99. in fin. poſt Imo. per eum alle. Iac. de Nigr. num.42. cũ pluribus ſeq. late diſcutit articulum, & hanc ſequitur opi. & ibi. nu.45. dicit eſſe cõm. opin. licet paulò ſuperius uer. ſed opinionem contra cõmunem, ſub nu.44. præſupoſuit contrariam opi. eſſe cõmunem, præſuponit etiam ꝙ contrariam opi. teneat Bart. hic. ſed non eſt uerum.

Veriſsima mihi ſemper uiſa eſt hæc opi. id. ſ. quod colligere a cõtrario ſenſu ad limites uerborum, a cauſa finali, eſſe ex mente & ſenſu legis per. l. adigere. §. quamuis. ꝟ. de iur. patro. & . l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus de uer. ſig. & conſequenter ꝙ prima limitatio reiicienda ſit. faciunt quæ tradit Alex. in conſ.80. Viſo & oportune: nu.9. & 10. lib. primo.

234 Secundam limi. etiã non puto procedere prout etiam uoluerunt Dec. & Cur. iun. nõ obſtante d. l. i. ꝟ. ſi tab. teſta. nul. extab. quia legitur litera cõtinens ſenſum directum, ex qua reſultat ſenſus cõtrarius, prout diceremus de oratione taxatiua, & ſic nõ ſolo in tellectu percipitur, ſed ex lectione ipſorum uerborum. qnare non obſtant quæ tradit Alex. in conſ.45. Habita: num.4. & 5. lib.7. circa hoc late Nig. hic nu.54.55. Pan. Oria. nu.105. faciũt tradita per Dec. in. c. translato, in prima lec. num.13. de conſti. licet Nig. & Oria. dicant cõm. eſſe in contrarium.

Tertia limitatio traditur per Iaso.
235 Quando statuentes per tale argumē tum a contrario sensu inciderent in pœnam. puta, si statutum diceret ꝙ usurarii non possent recipere nisi denarium pro libra. nam ex hoc non intelligitur concedi ꝙ possint recipere denarium pro libra. Sic gl.in clem.i. in uer.facere,de usur. Bal. in auth.ad hæc nu.3.C.de usur.tradit Ias.hic alia adducens facit.c.Id quod dicitur, cū ibi no.per gl.& Ab.de uer.sig.ubi,de argumento a contrario sensu nō sum mendo ex dictis testium ut incidant in falsum.& Ias.hic.

Aduertendum ꝙ tali casu, si colligeretur argumentum a contrario sensu, esset non solum cōtra iuscan.sed etiā contra ius diuinum, ut aduertit etiā Ias.sequitur Curt.iun.nu.90,Iac.nig. nu.57.Fely.idem tradit in.c.significasti,col.fi.propē fi. de for. comp.

Sed non uideo quid aliud uoluerint statuentes,nisi ꝙ posset recipi denarius pro libra,licet huiusmodi dispositio non ualeat ut potē contraria iuri diuino & canonico uiderentur ergo puniendi:nisi præsuponeremus emanasse statutum ad refrenandum ab usum circa excessiuas usuras, ut sic magis uoluerit eas tollere,q̄ inducere, tollerando tamen usq; ad illam summam,sicut etiam tollerantur lupanaria.

236 Secunda conclusio ꝙ argumentū a contrario sensu non colligatur in statutis correctoriis limitatur. Primo quando statutum nihil operaretur in sensu directo, prout dictum fuit in primo quæsito circa leges cōmunes, in secunda limi. Et est doctri.Bal.in l.obseruare §.proficisci in tertia q.ad fin.supra de offic.procons.Alex.post. Imo.in.l.si cum dotem in prin.in pe. col.ĩ.sol.ma.Fely.i.c.significasti, col. pe.in fi.cum seq.de for.compe.

237 Ex hoc uerificatur illa decisio Dy. & Cy. quam sequitur Bal.in.l.conuēticulam nu.4.C.de epi.& cleri.de statuto Florentino disponente, ꝙ nō ex tantibus masculis,filiæ fœminæ patri abintestato succedant: ut.s.summa tur argumentnm a cōtrario sensu ad correctionem iuris cōmunis,ita ꝙ extantibus filiis filiæ non succedant. alias.n.nihil operaretur in sensu directo.Et hæc est cōm.opi.ut patet ex al leg.hic per Alex.& Ias.quam sequūtur Dec.hic nu.59.Cur.iun. nu.67.Fely.in d.c.significasti,col.fin.in princ. multa adducens, & hanc esse comm. opi tradit latē Alb.Brun.in suo trac. ꝙ stantibus masculis etc.in vii.articulo in prima q.eam sequens & defendens.

